

## DIVITIE.

*Etymologia.* Dives dicitur a divo, qui quasi Deus nihil creditur indigere. Super *Psalm.* XLVIII, vers. 17.  
Divitiæ dicuntur, quasi divæ deliciae.  
*Definitio.* Divitiæ sunt communiter opum ac possessionum abundantia, seu quidquid superest deducto honesto victu et cultu.

## SENTENTIE PATRUM.

1. Non soli tibi, sed etiam pluribus, congreges : dives esto, sed pauperibus, ut naturæ participes tuæ, participes etiam sint facultatum. Lib. 1, de *Virgin.*

2. Dives ille vere est, qui habet pacem animi, tranquillitatem quietis, ut nihil concupiscat, nullis agitur cupiditatum procellis, nec vetera fastidiat, nec nova querat, et semper desiderando non fiat summis divitiis inops. Lib. 3, epist. 10, ad *Simplicianum.*

3. Etsi aliis dives videtur, sibi pauper est, qui non utitur eo quod habet : quid adhuc alia rapit, alia desiderat. *Ibid.*

4. Ubi nullus cupiditatis modus, quis fructus divitiarum? *Ibid.*

5. Nemo est dives, qui quod habet, secum hinc auferre non potest : quod enim hic relinquatur, non nostrum, sed alienum est. *Ibid.*

6. Hic magis dives est, hic magis rex, qui ita sibi abundat, suasque regit cupiditates, ut nihil alienum concupiscat. *Ibid.*

7. Discant homines honorum operum divitiis quaerere, et morum esse, locupletes. *Prosec.*

8. Pulchritudo enim divitiarum non in sacculis virtutum, sed in alimentis pauperum est. *Ibid.* lib. 7, epist. 44, ad *Constantianum.*

9. Cito invenitur dives natura, difficile cupiditatis. *Ibid.*, lib. 10, epist. 82, ad *Vercellens.*

10. Qui nescit regere suum censum, onere suo mergitur. *Ibid.*

11. Esto pauper spiritu, et eris dives quaecunque censu, quia non in abundantiam divitiarum vita est hominis, sed in virtute ac fide. *Prosec.*

12. Istæ divitiæ te verum divitem facient si sis in Deum dives. Lib. 1, de *Cain et Abel*, cap. 5.

13. Nihil satis est divitum cupiditati : quanto indigent, ministremus : tanto avidior ad possidendum. Lib. 1, de *Abraham*, cap. 3.

14. Divitiæ dicte sunt curæ, eo quod mentem dividant, atque in diversum scindant, et in partes trahant, nec sicut incorruptam esse et integram. *Ibid.*, lib. 2, cap. 8.

15. O dives! nescis quam pauper sis : quam

CASSIODOR.

COLLECTOR

S. AMBROS.

inops tibi ipsi videaris, qui te divitem dicis. *Prosec.*

16. Quanto plus haberis, plus requiris : et quidquid acquisieris, tamen tibi adhuc indiges. De *Nabuthæ*, cap. 2.

17. Dives quod suum est, quasi vile fastidit : quod alienum est, quasi pretiosissimum concupiscit. *Ibid.*

18. Ipsum nomen considera : ditem dicunt gentiles inferni præulem, arbitrum mortis ditem appellent et divitem. *Prosec.*

19. Quid nisi mortem dives inferre noverit, cui regnum de mortuis, cui sedes inferna sint?

20. Quid est enim dives, nisi quidam inexplebilis gurges divitiarum ; inexplebilis auri fames ac sitis? quo plus hausert, plus inardescit. *Ibid.*, cap. 6.

21. Dives naturæ ipsius nescit munia, nec somni ipsius novit vires, nec est quod eum sinat dormire. *Prosec.*

22. Excitat eum cupiditas, exagitat cura pervigil aliena rapiendi, torquet invidia, mora vexat, sterilitas proventuum perturbat, sollicitat abundantia. *Ibid.*

23. Nescis, homo, struere divitiæ : si vis dives esse, esto pauper sæculo, ut sis dives Deo. *Prosec.*

24. Dives fidei, dives est Deo : qui dives est in misericordia, hic est dives Deo.

25. Dives simplicitate, dives Deo est : dives sapientia et scientia, dives est Deo. *Ibid.*, cap. 14.

26. Cum divitiæ sint caducæ, poma perpetua est. Lib. 4, super *Lucan*, cap. 4, in illud : *Multi erant*, etc.

27. Frustra congregat opes, qui se his nescit usurum. *Ibid.*, lib. 7, cap. 12, in illud : *Die fratri meo*, etc.

28. Discant divites non in facultatibus crimen herere, sed in iis qui uti nesciunt facultatibus. *Ibid.*, lib. 8, cap. 19, in illud : *Et confestim vidit*, etc.

S. ANTONIN.

29. Aliud est divitiis amare et non habere, aliud habere et non amare, aliud nec habere nec amare, aliud habere et amare. *Prosec.*

30. Amare et non habere, vanum est et infructuosum : habere nec amare, laboriosum : nec habere nec amare, perfectum : habere et amare, periculosum et perniciosum. Part. 2, tit. 1, cap. 1, § 1.

S. ANTONIUS

ABBAS.

31. Divitiis nobis tribuit Deus, ut et ipsas, his qui indigent, ministremus : sed nos, qui divitiis possidemus, pauperes e contrario spoliamus. *Serm. de Vanitate mundi.*

S. ANTONIUS

DE PADOVA.

32. Cum miser homo affluit divitiis, se dilatat in deliciis, et tunc decrescit, quia libertatem amisit per sollicitudinem divitiarum, quæ eum ita afficit, ut deficiat a se, et in se decrescat. *Prosec.*

Tom. II.

33. Si vero divinatoris quod quaritur dixerint ; ne mireris, incorporalis est demon, ubique circum, latrones ipsos ipse in facinora armat, neque enim ista sine demone fiunt.

34. Si ergo istos armat et novit ubi locorum in insidiis absiti sunt, non celabit hoc ministros suos divinatores. Homil. 3, super I *Thessal.*

LUDOVICUS

BLOSIVS.

35. Qui ad sortilegos et magi professores se conferunt, nefaria consilia ab eis petiuri, derelicto Deo ad diabolum desciscunt. In can. *Vile spiritus*, cap. 9.

MENDY. FEL.

36. Magi non tantum sciunt demones, sed etiam quidquid miraculi edunt, per demones faciunt ; illis aspirantibus et infundentibus, præstigijs edunt : vel quæ non sunt, videri : vel quæ sunt, non videri. In suo *Octavo.*

S. SYNESIVS

EPISCOPUS.

37. Nequaquam negligenda divinatio est, quæ ad divina paulatim contendit, et quasi consecrarium habet illud quod est in hominum facultate pretiosissimum. De *Insomniis.*

38. Quæ in mundo sunt malefica virtutes, etiam ex usu divinæ providentiæ sunt, cum in eos animadvertant, qui sint animadversione digni sunt, ille tamen et invise Deo et execrabiles. Epist. 37, adversus *Andronic.*

S. THEODOR.

39. Omni impietati serviunt, veneficiis demomonique carminibus utentes. Super *Psalm.* LXXX, vers. 11.

S. THOMAS

AQUINAS.

40. Divinator non ipse divinatur, id est, quod divinum est, facit : sed magis quod divinum est, suscipit et usurpat. 2, 2, quæst. 95, art. 1.

## SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL.

41. Homines fascinando utuntur invocatione astuta, ut ex se videantur id facere : vir enim iustus, non recipit impressionem fascinationis. Lib. 6 *Theolog.*, cap. 3.

42. Vir pronus ad aliquam dispositionem exteriorem, facile suscipit impressionem fascinationis. *Ibid.*, cap. 4.

CATO POET.

43. Quid Deus intendat, noli perquirere sorte : Quid statuat de te, sine te deliberat ipse. Lib. 2, *Distich.*, metr. 33.

EPICETUS.

44. Ad vatem accessurus memento te negotii eventum ignorare : sed ea de causa adesse, ut cum e vate cognoscas. In suo *Enchirid.*, cap. 39.

LATO.

45. Quicunque ad ulterius incommodum veneficijs utitur, non tantum ad hominum perniciem, sed et ad pecorum, aut aliorum hujuscemodi calamitatem, sive illa sit lethalis, sive non, capite puniuntur. Lib. 11, de *Legibus.*

SENECA.

46. Sæpe fortuita est divinatio. Lib. 6, *Controvers.*  
Vide etiam tit. *Superstitio*, sent. 2.

33. Tunc enim minor est, cum se rei, et non rem sibi supponit : hæc servilis suppositio tunc apertius cognoscitur, quando quod cum amore possidetur, cum dolore amittitur : ipse vero dolor magna servitus est. *Serm. Dom. infra octav. Nativit.*

34. Dives purpuratus, quia hic sepultus fuit in deliciis, postmodum sepultus est in penis inferni. *Serm. Dom. 6, post Pascha.*

35. Divitiis dissolvunt, deliciae enervant. *Serm. Dom. infra octav. Nativit.*

36. Multo mirabilius est non inherere divitiis, quamvis possideas, quam omnino eas non possidere. De *Moribus Eccles.*, cap. 23.

37. Divitiæ si diliguntur, ibi serventur, ubi perire non possunt. Epist. 45, ad *Armentarian.*

38. Si in divitiis velit homo requiescere, magis superbus efficitur quam securus. De *Catech. rudibus*, cap. 16.

39. Per fraudes et scelera ad divitiis perveniuntur. Super *Psalm.* IX, vers. 25.

40. Quis dicitur dives in hac terra? quando laudatur dives, quid dicitur? multum dives est, nihil illi deest : laus certa laudantis illa est, nam ista non est, cum dicit, nihil illi deest. Attende si nihil deest, si nihil cupit, nihil illi deest : si autem adhuc cupit majora quam quæ habet, ad hoc accesserunt divitiæ ut egestas cresceret. Super *Psalm.* CXXII.

41. Nihil est quod sic generent divitiæ, quomodo superbiæ : omne pomum, omne granum, omne frumentum, omne lignum habet vermem suum : vermis divitiarum est superbiæ. *Serm. 5, de Verbis Dom.*

42. Panper nihil portat, tu nimium oneratus es : ille nihil secum portat, tu iterum plus portas quam opus est. Oneratus es, da illi de eo quod habes, et illum pascis, et pondus minus. *Ibid.*

43. Ille sicut vere divitiæ, quas cum habuerimus, perdere non possumus. *Ibid.*, *serm.* 35.

44. Vermis divitiarum, superbiæ est : difficile est ut non sit superbus, qui dives est. Tolle superbiæ, divitiæ non nocentur. Homil. 13, *Ex quibusquingenta Homil.*

45. Tu forte putas quod ille sit dives, cujus arca plena est auro, et ille non sit dives, cujus conscientia plena est Deo? *Prosec.*

46. Non ita est, frater, sed ille vere dives esse videtur, in quo Deus habitare dignatur. *Serm. 1, Dom. 3 post Epiphani.*

47. Morbus divitiarum est superbiæ ; nam grandis animus est, qui inter divitiis isto morbo non tentatur. *Prosec.*

48. Magnus animus est in divitiis suis, qui eas vincit non concupiscendo, sed contentendo.



49. Magnus est dives, qui non se ideo magnum putat, quia dives est: qui autem ideo se magnum putat, superbus et egenus est. Serm. 1, *Dom. 8 post Trinit.*

50. Habent delectationem suam divitiæ, sed plus habet delectari iustitia; delectare divitiis cum iustitia. Serm. 6, *de Martyrib.*

51. Venenum commixtum dulcedini facilliter sumitur, et qui recipit moritur: sic qui divitiis amat, dulcedinem videtur gustare, sed ecce mors inter divitiis latens, hominem divitem inlatum aggreditur, aggressus occiditur, et occisus ad infernum perducitur Serm. 31, *ad Fratres in eremo.*

52. Comes divitiarum, superbia et luxuria est. *Ibid.*, serm. 48.

53. A regula mortis non etiam parcat diviti: cur divitiis te iactas? ipsæ enim potius insidias tibi sunt, quam amicitia. *Ibid.*, serm. 48.

S. BASILISCUS  
MAGNUS.

54. Quis est mendacii pater? quis confictæ accusationis opifex? quis perjurii parens? nonne divitiis? nonne opum studium? Conc. 7, *ad Divites.*

V. BEDA.

55. Dives dicendus, cui parvus suppellet usus. In suis *Proverb.*, verbo *Dives.*

56. Quis dives? qui nil cupit: et quis pauper? avarus. *Ibid.*, verbo *Quis.*

S. BERNARD.

57. Veræ divitiæ non opes sunt, sed virtutes, quas secum conscientia portat, ut in perpetuum dives fiat. Serm. 4, *de Adventu.*

58. Laqueus diaboli, divitiæ sunt hujus sæculi. Hæc quam paucos invenimus, qui ab hoc laqueo liberati exsultent? Serm. 3, super *Qui habitati.*

59. Divitiæ cum labore acquiruntur, cum timore possidentur, cum dolore amittuntur. *Prosec.*

60. Queris ut acquiras, acquiris ut perdas, perdis ut doleras. Serm. 6, *de Quinque negotiis.*

BOETIUS.

61. O præclara opum mortalium beatitudo! quam cum adeptus fueris, securus esse desistis. Lib. 2, *de Consol. Philos.*, prosa 5.

S. BONAV.

62. Querat divitias Paganus, qui sine Deo vivit: querat Judæus, qui terrenas promissiones accipit: sed qua fronte Christianus divitiis querit, postquam Christus beatus esse pauperes prædicavit? Serm. 2, *de S. Andrea.*

63. Divitiæ potius hominem gradibus prædatorum exponunt, quam beatum faciunt: sæpe enim divites cum periculo capitis vadunt, ubi pauperes secure incedunt. Serm. 7, *de sanctis Apostolis.*

64. Quot sunt, quibus (quia divites sunt) ponuntur insidie, capiuntur, ligantur, tormentis exponuntur, et occiduntur, ut ab eis quod lucrali sunt, auferatur? Serm. 4, *de Plur. de confess.*

65. Dives divitiis non congregat absque labore,

non tenet absque metu, non desinit absque dolore. Tit. 8 *Diabæ*, cap. 1.

66. Divitiæ diu colliguntur, cito amittuntur. Lib. 1, *de Profectu Religiosor.*, cap. 35.

67. Quid quaeris, unde plus crucieris? affligunt divitiæ nondum habitæ et amissa. *Ibid.*

68. Divitiæ penas æternas amatoribus suis luerantur. *Ibid.*

69. Fructus divitiarum est largitas elemosinarum, sine qua infructuose sunt et periculosæ. *Ibid.*

70. Qui delicata querit, cupit divitiis, ut possit habere quæ appetit. *Ibid.*, cap. 36.

71. Si locuples humilitatem diligit, non est sæculi dives. Super *Psalm. LXXI*, vers. 2.

72. Sunt habendæ divitiæ ut est rationi consentaneum: suntque benignæ, non autem sordidæ, nec insolenter communicandæ. Lib. 3, *Pedagog.*, cap. 6.

73. Angitur dives et graviore quam alii cruciatur cura. Homil. 27, *de Festis paschalis.*

74. Non ad apparentiam divites sunt, multaque possident, qui in anima pauperes sunt. *Prosec.*

75. Quanto enim plura congregant, tanto magis eorum quæ desunt concupiscentia tabescunt.

76. Fidelis autem vir (quod est maxime paradoxon) in paupertate dives est. *Cateches.* 5.

77. Quanto quis Dei amore perituras divitiis amplius spernit, eo in anima exuberantius locupletatur. *Prosec.*

78. Et quanto quis temporales divitiis diligentius querit, eo in anima extat pauperior. Super *Apocal.*, cap. 2, art. 3.

79. Divites sunt qui divitiis habent et amant; aut qui divitiis non habent, sed illas amant, et habere cupide desiderant. In *Speculo Eccles.*, cap. 16.

80. Quid opibus perniciosius, quæ raro cum iustitia congeruntur? *Prosec.*

81. Quid divitiæ istæ in se voluptatis habent, quarum est et misera possessio, et incerta transmissio? In *Epist. parvatica ad Valerian.*

82. Si opibus capimur, veris opibus excitemur: optimus quisque in cœlestes opes, terrenas opes transfert. *Ibid.*

83. Impossibile est divitiis affluere, et Christum sequi. *Epist. ad Damas. Pap. de Morte D Hieronymi.*

84. Divites sæculi, qui in divitis transitoriis hujus mundi spem suam constituunt, et in illis omne adhibent studium, ipsi vere egeni sunt, pauperes et inopes, esuriemque et defectum magnum patientes. In *Elucidat. super Psalm. XXXIV*, vers. 10: *Divites eguerunt*, etc.

85. Divites avari veras et æternas non novant divitias, sed suas sine modo expetunt, nullum suæ cupiditatis constituentes terminum, ita ut nunquam expleri valeat illorum inordinata cupiditas. *Prosec.*

86. Illi vero etiam in amplissimis possessionibus semper adhuc egent, semper eis deest, aliquid ad quod aspirant: imo quo amplius conquirunt, eo et pluribus et majoribus in dios indigent. In *Annot. super Psalm. xxxiii.*

GLOSS. INT.

87. Facile despiciat divitiis, qui non habet: difficile viles aestimat, qui habet. Super *Job*, cap. 42.

CASSIODOR.

88. Divitiis præsei iniquus Mammon, ut de iis tentet homines. Super *Luc.*, cap. 16.

CLEMENS  
ALEX.

89. Qui multiplicandis divitiis incumbunt, alterius vite gaudia contemunt. *Ibid.*, cap. 18.

GLOSS. ORD.

90. Divitiæ grave malum est, quia contumelias et injuriarum sunt adhortatrices. Super *Isa.*, cap. 2.

91. Divitiis servire, Deum negare est. Super *Matth.*, cap. 6.

92. Qui carnales divitiis, quæ labuntur, non bene dispensatis, veras et æternas divitiis quis dabit vobis? *Ibid.*

93. Servit qui divitiis custodit ut servus: qui servitutis excussit jugum, distribuit ut dominus. Super illud *xvi Luc.*: *Non potestis Deo servire, et Mammona.*

DIONYSIUS  
CARTHUS.S. GREGOR.  
MAGNUS.

94. Hostes ad rapinam provocat, qui suas eorum notitiæ divitiis denudat. Lib. 8 *Moral.*, cap. 30, super illud *Psalm. LXXVII*: *Tradidit in captivitatem virtutes eorum.*

95. Fallaces sunt divitiæ, quæ nobiscum diu permanere non possunt: fallaces sunt, quæ mentis nostræ inopiam non expellunt. *Prosec.*

96. Sole divitiæ veræ sunt, quæ nos divites virtutibus faciunt. Homil. 15, super *Evang.*

97. Quid sunt divitiæ pereuntes, et transitorie facultates, nisi stercorea? Lib. 2 in 1 *Reg.*, cap. 1, super illud: *Suscitans de pulvere egenum.*

98. Non substantiam solum ditescas, sed et pietate: non solum auro, sed et virtute. Orat. 17, *de Pauperi.*

99. Si dives est aliquis, a divitiis philosophari incipiat: distribuat indigentibus, de iis quæ possidet, tanquam aliorum dispensator. Orat. 25.

S. EUSEBIUS  
CESAR.S. GREGOR.  
THAUMAT.

100. Quid absurdius esse potest, quam cum magno studio et cura reconditas opes conservare, ac sexcentorum malorum occasiones sibi ipsi custodire? Super *Ecclesiasten*, cap. 5.

FRANCISCUS  
TITELM.

HAYMO.

101. Homini diviti, dies tenebræ sunt, ac vita lucus. *Ibid.*

102. Divitiæ cum labore acquiruntur, et cum magna sollicitudine custodiuntur, et sine iniqui-

tate aut vix, aut raro haberi possunt. Serm. *Dom. 10 post Pent.*

103. Præpara tibi divitiis, quas quotidie accipies, et nunquam deficiat, dum viget ætas, dum nondum canis spargitur caput, antequam subiant morbi, tristisque senectus. *Epist. 13, ad Paulin.*

104. Non laudis est possidere divitiis, sed pro Christo eas contemere. *Epist. 27, ad Eustoch.*

105. Grandi tibi opus est vigilantia, grandique cura, et tanto sollicitius cavendus est inimicus, quanto apud Deum ditior esse copiosi. *Prosec.*

106. Quanto ditior es, tanto debes esse vigilantior: qui enim plus possidet, plus debet timere. *Epist. 4, ad Demetriad.*

107. Omnes divitiæ de iniquitate descendunt, nisi alter perdidit, alter invenire non potest. Unde vulgata sententia videtur esse verissima: quod dives aut iniquus, aut iniqui heres. In *Regula Monachor.*, cap. 4, *de Pauperi.*

108. Nihil vanius deprehendi potest, quam eum hominem, qui divitiis congregat, et cui eas relinquat ignorans. Super *Ecclesiasten*, cap. iv super illud: *Et vidi vanitatem.*

109. Ira Dei est, ut peccator diebus ac noctibus opes congreget, et nequaquam eis utens, alius relinquat. *Ibid.*, cap. ii, super illud: *Non est bonum homini, etc.*

110. Blandæ sunt divitiæ, aliud agentes, aliud pollicentes: lubrica est earum possessio, dum hæc illucque circumferuntur, et instabili gradu vel habentes deserunt, vel non habentes resarciunt. Lib. 2, super *Matth.*, cap. xiii super illud: *Qui autem seminatus est in spinis, etc.*

111. Non dixit Jesus, impossibile est divites intrare in regnum cœlorum, sed difficile; ubi difficile ponitur, non impossibilitas præstenditur, sed raritas demonstratur. Lib. 3, super *Matth.*, cap. xix, super illud: *Dives difficile intrabit, etc.*

112. Fruges iustitiæ sunt facultates, cum de eis fit iustitia: cum vero aut inique congregantur aut ad avaritiam vel superbiam possidentur, fruges iniquitatis fiunt. Super II *ad Cor.*, cap. ix in illud: *Et quæsit incrementa frugum iustitiæ vestre.*

113. Occasio tentationis est, et laqueus diaboli, velle habere divitiis. Super I *ad Tim.*, cap. vi, in illud: *Incident in tentationem.*

114. Difficile divitem invenies non superbum, qui pauperes vel parentes agnoscat: et qui non graviter ferat minime sibi ab inferiore honorem deferri. *Ibid.*, cap. vi in illud: *Non sublime sapere.*

115. Periculosa cura est, velle ditescere: et grave omni innocentia subito incrementis opum

S. HIERON.

S. A. GREGOR.

JEROME.

S. PAULIN.

S. EUSTOCH.

S. CYPRIAN.

S. BASILISCUS.

S. BERNARD.

S. GREGOR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.

S. HILAR.



occupata. Super *Matth.*, in illud: *Difficile est divitem, etc.*

HUGO A S. VICTORE. 146. Per divitiarum affluentiam, quod placet impetrari solet. Lib. 4, de *Claustro anime*, cap. 4.

147. Divitiæ cito transeunt, superbiam generant, mentem sollicitudine pungunt, viam ad Dominum impediunt, a demone denuntiantur. *Prosec.*

148. Spine sunt semen bonum suppressentes, radicare non sinites: iis tamen bonæ sunt, qui illis utuntur bene.

149. In metallis, in gemmis, et victualibus, ac utensilibus, thesauris, et possessionibus consistunt. Lib. 4, de *propriet. rer.*, cap. 4.

150. Laqueus diaboli sunt divitiæ hujus mundi: heu quam pauci sunt, qui volunt ab isto laqueo liberari! quam multi sunt, qui dolent quod parum sunt irretiti! Lib. 2 *Miscellan.*, codic. 2, tit. 57.

HUGO CARD. 151. Divitiæ stercora sunt, quæ in unum congregatæ foetent, dispersa fecundant. Super *Gen.*, cap. vi.

152. Quanto plus quis fultur divitiis temporalibus, tanto amplius refrigerabit ab amore Dei et proximi. Super III *Reg.*, cap. 1.

153. Divites dividuntur in tres partes: nam anima datur demonibus, pecunia raptoribus, cadaver veribus. Super *Psalm.* LIII.

154. Sicut fumus dispersus utilis est, congregatus foetidus; sic divitiæ. Super *Ecclesiasten*, cap. v.

155. Miserabilis prorsus divitis infirmitas, quæ totius vite comes est inseparabilis, et tam miserabilis morte, et casu periculosissimo terminatur. *Ibid.*

156. Dives nihil nisi penam habet, et laborem in acquirendo, timorem in possidendo, dolorem in deferendo. Super *Sapient.*, cap. 5.

157. Divitiæ ignis sunt, et spinæ, et lapides. Mirabile est ignem tangere, et non uri: spinas colligere, et nonungi; lapides supportare, et non ledi. Super *Ecclesiasten*, cap. 31.

158. Divitiarum acquisitio magni laboris est, possessio magni timoris, et amissio magni doloris. Lib. 4, in *Contemplat. de Amore Dei*, cap. 33.

S. INNOC. III 159. Dives a superfluitate resolvitur, et jactantia effrenatur, currit ad libitum, ac corrui ad illibitum. *Prosec.*

160. Etiam sunt instrumenta peccatorum, quæ fuerant oblectamenta culparum.

161. Labor in acquirendo, timor in possidendo, dolor in amittendo, mentem ejus semper fatigat et affligit. Lib. 4, de *contemptu mundi*, cap. 44.

162. O iassa divitiarum felicitas, quæ divitem vevaciter efficit infelicem! *Prosec.*

163. Quid est infelicis, quam opes mundi, quæ divitiæ nuncupantur?

164. Opposita sunt esse divitem et egenum; et opes mundi non auferunt, sed auferunt egestatatem.

165. Quot et quanti magnates indigeant, ipsemet frequenter experior: opes itaque non faciunt hominem divitem, sed egenum. *Ibid.*, lib. 2, cap. 8, per totum.

166. Facilius invenies, qui divitiis diligit, et non habet: quam qui habet et non diligit. Quia difficile est esse in igne et non ardere: difficile est possidere divitiis, et non diligere. *Ibid.*, cap. 15.

167. Opes cupidus congregat, et avarus conservat. *Ibid.*, cap. 26.

168. Divitiæ senum non sunt canitiæ capitis, sed industria juvenutis, ac prætoriorum laborum stipendiis mentiendæ. In collat. 2, *Abbat. Moysis*, cap. 43.

169. Quanto facultatum major est accessio, tanto et curam et studium suum amplius dives intendit. Homil. 41, super *Gen.*

170. Magna in conservandis facultatibus est formido, et instabilis opum possessio. *Ibid.*

171. Sepe ante mortem post multos labores et sudores, quasi procella quadam ingruente negotiorum difficultate, repente qui plurimas possidebat divitiis pauperrimis factus est pauperior. *Ibid.*

172. Facultatum multitudo causa fit discessus, divisionem operatur, concordiam impedit, et cogitationis vinculum dirimit. *Ibid.*, homil. 33.

173. Quid infidelis et fugacius divitiis, quæ sepe nec usque ad vesperam permanent, sed sicut ingratus transfuga ab hoc ad illum, et ab illo ad alium subinde transeunt? Homil. de *Evadenda cura salutis proximi*.

174. Maximus ros est, nequaquam amore divitiarum ab inopum conversatione revocari: suntque omnibus ditiores, qui divitiarum cupiditatem conculcaverunt. Homil. 5, super *Matth. oper. perfect.*

175. Duo vitia inter se opposita in divitiis sunt. Alterum quod incendit sollicitudinem, et obfuscat curis: alterum quod molliores deliciis reddit. *Ibid.*, homil. 45.

176. Quid prodest, si divitis non servis, ignavus autem atque mollis sis? *Ibid.*

177. Quid interest, si non divitiarum fraude, sed otio: aut non otio, sed pusillanimitate corrumparis? *Ibid.*

178. Duplex pestis cogitationes divitis invadit: deliciarum putredo, et curarum magnitudo. *Ibid.*

149. Quæ divitiarum voluptas sit, ego non video nisi dolores et mœrores ipsarum, qui sunt curæ, insidiæ, desidia, odium, timor, perpetua sitis, et mœstitia septemtrina. *Prosec.*

150. Quæ tranquillitas aut voluptas animi est, ubi continua obsessio, bellum ingens, et tempestas universos maris fluctus exsuperans, viget? *Ibid.*, homil. 54.

151. Non dives ille est, qui multis opibus circumvallatus est, sed qui non eget multis. Conc. 2 de *Lazaro*.

152. Quid sunt divitiæ? umbra iners, fumus, qui cito evanescit, flos feni, vel etiam villosus. Homil. 32, super *Joan.*

153. Fame pauper tabescit, tu copia rumpens: frater nudo corpore oberrat, tu vestibus addis, quæ tinea consumuntur: quanto satius foret, ut his egenorum corpora tegerentur? *Ibid.*, homil. 58.

154. Ille vero dives est, qui omnia præsentia contemnit. *Ibid.*, homil. 80.

155. Dives nihil aliud mihi esse videtur, quam divitas absque muris in agro sita, et undique insidiaribus exposita. Homil. 43, super *Acta Apost.*

156. Divitis anima omnibus est plena malis, arrogantia, vana gloria concupiscentiis innumeris, ira et furor, avaritia, injustitia, et omnia. *Ibid.*

157. Malus dives supplicii viaticum divitiis habet, nisi permutet quæ possidet, et ante supplicium, sepe ipse multorum malorum auctores factus sunt divitie, et in nullas dejecerunt miseras. Homil. 29, super I *Cor.*

158. Divitiæ ad malitiam additæ affectus augent. *Ibid.*

159. Qui somno ditescunt, postquam evigilaverunt, nihilo magis quæ habere videbantur, habent: par divitum est ratio, imo delerior. *Ibid.*, homil. 36.

160. Si vis ditari, contemne divitiis. Homil. 12, super II *Cor.*

161. Ille dives est, qui vere philosophus est. Serm. 21, super *Epist. ad Ephes.*

162. Est profecto multo gravius atque onerosius ostentare, quam custodire divitiis. Homil. 7 super II *Tim.*

163. Ditior est ille, qui nihil colligens in affluentia multa consistit, et nullius eget: quam qui per singulos dies exigit, et festinat plura colligere, et timet ne aliquid ei deliciat. Homil. 18, super *Epist. ad Hebr.*

164. Nihil tam infidum, quam divitiæ, nihil infidelius, nihil miserabilis his, qui circa ipsas studium collocant. Homil. 2, ad *Populum Antioch.*

165. Dives est, non qui multa possidet, sed qui multa pauperibus expendit. *Ibid.*

166. Vis ditari? amicum habes, et omnium ditissimus eris. *Ibid.*

167. Nihil tam invidiosum, quam homo dives. *Ibid.*

168. Non est dives, qui multa possidet, sed qui nullius indiget. *Ibid.*, homil. 65.

169. Divitiarum pedisequa est luxuria, ira, intemperantia, furor, injustitia, arrogantia, superbia, omnisque irrationabilis motus. Homil. *Quod nemo laeditur, nisi a seipso*.

170. Divitiæ plus odii, quam amoris acquirunt. *Ibid.*

171. Opes luxuriæ occasio, malitiæ schola, turpis vite et defluentis causa, animæ corruptela, via ad diversa ferens mala. Homil. 7, de *penit.*

172. Ille vero est dives, qui in Deo dives est, qui magis misericordiae opulentus est, quam divitiis. Homil. de *Misericord. et duob. viduis*.

173. Divitiæ periculosæ proditiones sunt, ingratiæ, fugitiæ, homicidæ, crudelæ, bestie incurabiles, præcipitium undequaque præruptum, scopulis assiduis plena, mare innumeri ventis et fluctibus agitata. Homil. de *Avaritia*.

174. Divitiæ tyranni sunt acerbè imperantes, domine quovis barbaro saviores, inimicæ irconciliabiles, hostes implacabiles. *Ibid.*

175. Contemne divitiis, et eris locuples. Homil. 25, super *Epist. ad Hebr.*

176. Opes vitii potius, quam virtutis ministræ sunt. Lib. 4 *Parall.*, cap. 77.

177. Quicumque jam non habet divitiis, stultus est, asinus, stipes, cædax, plumbum, aut si quid insensibilis est. Lib. 5, de *Nugis curial.*, cap. 47.

178. Sic omnes post divitiis currunt, ac si alibi laborum requies, dolorumque solatium inveniri non posset. *Prosec.*

179. Ac si naufragi de profundo quantæ enatare facilius, si prægravi sarcina fuerint onerati.

180. Sed quis autem ulcerosus spinas congestis, ut volutatus in eis quiescat mollior?

181. Profecto si ei perfectæ crederes, qui ait, divitiis sunt spine, minime tanto studio a sapientibus nostri temporis quaererentur. *Ibid.*

182. Divites pauperibus miseriores sunt, eo quod a sapientia longius abeunt. *Prosec.*

183. Appetitus divitiarum sapientiæ exclusio est, et fuga virtutum. *Ibid.*

184. Non sunt opes in vitio, sed voluntas: s. ISIDORUS BISPAL. nam crimen in rebus non est, sed in usu agentis. Lib. 4, de *Summo bono*, cap. 59, sent. 12.

185. Gravior delinquant, qui divitiis a Deo

JOAN. CASS.

S. JOANNES CRYSOST.

S. JOANNES DAM.

JOANNES BARBES.

S. ISIDORUS BISPAL.



concessis, non in rebus salutaribus, sed in usibus pravis utuntur. *Prosec.*

186. Nesciunt enim impartire pauperibus, oppressis subvenire despicunt: et inde magis argenti delicta, unde redimere debuerunt. *Ibid.*, cap. 60, sent. 1.

187. Divitiæ usque ad periculum pertrahunt, divitiæ nunquam sine peccato acquiruntur, gazæ semper cumulum peccatorum faciunt. *Prosec.*

188. Multi propter opes periclitaverunt, multi propter divitiæ in discrimen venerunt, multis exitiabilis fuerunt divitiæ, multisque mortem generaverunt opes. Lib. 2, de *Synonyma*, cap. 47.

189. Valde rarum est, ut qui divitiæ possident, ad requiem tendant. *Ibid.*

S. ISIDORUS PELUSIOTA.

190. Divitiæ superbiam et arrogantiam pariunt, voluptates subministrant, vitii omnis architectæ sunt. Lib. 3, epist. 322, ad *Martinianum*.

S. JUSTIN. MART.

191. Nullo modo laudanda sunt divitiæ, quæ delectant quidem adhibitamque materiam firmitant, sed ad extremum materiam consumptio sunt et vermes et ignis et fures et tyranni. Epist. ad *Zenonem*.

LACT. FIRM.

192. Hinc divitiarum maximus et verissimus fructus est, non uti opibus ad propriam unius voluptatem, sed ad multorum salutem: non ad presentem suum fructum, sed ad justitiam, quæ sola non interit. Lib. 6, de *Divina Inst.*, cap. 12.

193. Qui apud Deum dives est, pauper esse nunquam poterit. *Ibid.*

194. Divitiæ non faciunt insignes, nisi quos possunt bonis operibus facere clariores. *Ibid.*, lib. 5, cap. 16.

195. Divites sunt, non qui divitiæ habent, sed qui utuntur illis ad opera justitiæ. *Ibid.*

196. Unum est sapientis et justi viri opus, divitiæ suas in solâ justitiâ collocare. *Ibid.*, lib. 6, cap. 13.

197. Locupletes multis et ingentibus sarcinis onerati per viam mortis incedunt, quæ latissima est, quoniam late perditio dominatur. *Ibid.*, lib. 7, cap. 4.

198. Quis furor est in divitiis congerendis laborare? In *Epitome*, cap. *Cohibenda*.

199. Si quid opum, si quid suppetit copiarum, non voluptati unius, sed multorum salutem impartiat. *De Ira Dei*, cap. 23.

S. LAURENT. JUSTIN.

200. Divitiæ plus cruciant adeptæ amissionis timore: quam delectat cupiditas adeptionis amore. *De ligno vite, de Timore*.

201. Divitiæ seculares, si desunt, non per mala opera quaerantur in mundo: si autem adsunt, per bona opera servantur in caelo. *Prosec.*

202. Animum virilem et fidei virtute decora-

tum, nec debent si accedant extollere, nec debent frangere, si recedant. *De ligno vite, de Fide*, cap. 5.

203. Terrenæ et corporeæ facultates exlargitate Dei proveniunt: ut merito rationem earum quaesiturus sit; quæ non magis possidenda tradidit, quam dispensanda commisit. Serm. 35, de *Collectis*.

204. Dives es, sed fortunæ male creditur, et magno viatico breve vitæ iter non instruitur, sed oneratur. In suo *Octavio*,

205. Divitiis si habes, distribue; si vero non habes, ne collige. *Parænesis*. 52.

206. Opulentus sollicitudinibus, veluti navis onerata, opprimitur. Orat. 3, de *Avartia*.

207. Dives ærumnis et molestiis impeditus, canis instat, catenis devinctus est. *Ibid.*

208. Nisi divitiæ et honores variis anxietatum aculeis pungent, nunquam spinis eas Dominus comparasset. Epist. 93, ad *Guillelmum Abbatem*.

209. Dives filius est avartitiæ, cultor mammonæ, servus pecuniæ. *Ibid.*

210. Qui opes congregat, ignem in sinu portat. *Prosec.*

211. Cum colubro dormit, qui opes ambit. Serm. 9, de *Purific.*

212. Ubi copia divitiarum major exuberat, ibi se gravior molestia sollicitudinem totius perturbativa quietis intrudit. *Ibid.*, de *Charit.*, cap. 4.

213. Sanctos etiam inter divitiis, nec solitudo servandi, nec timor amittendi sollicitat. *Ibid.*, cap. 5.

214. Dives quanto plus habet, tanto amplius debet. Serm. 26.

215. Qui divites sunt, dispensatores potius jumentur esse, quam possessores, et non proprii iuris debent deputare quod habent: quia non ad hoc bona transitoria perciperunt, ut deliciis affluant, vel in propriis usus insument, sed ut administrationis fungantur officio, dum in commisso permanent villicati: quapropter qui stipendium pauperibus erogant; aliena reddunt, non sua distribuunt. *Opusc.* 9, cap. 1.

216. Quanto in egenis mundi lucris copiosior fueris, tanto a veris divitiis ærumnis evanescis. *Opusc.* 12, cap. 4.

217. Quid prodest congregare divitiis, quas necque huc quispiam, dum ingrederetur advenit; neque comitari poterunt de sæculo recedentem? *Opusc.* 31, cap. 3.

218. Ingentes opes sæpe una dies abstulit. *De Joseph.*

219. Divitiæ umbris et vanis imaginibus, nihil

S. LEO I.

MINUT. FEL.

S. NILES.

ADD. MART.

PETRUS

BLESSENS.

S. PETRUS

CHRYSOLOG.

S. PETRUS

DAMIANENS.

A PROSPER.

ROBERTUS

BELLARM.

SALVIANUS.

solidum firmumve habentibus similes sunt: feruntur enim uti citroque ventorum in morem; quia sicut interdum repente advolant, ita priusquam prehendantur, possessore illuso, rursus avolant. Lib. 1, de *Monach.*

220. Malorum nullus dives est, quamvis etiam omnia ea, quæ ubi terrarum sunt, metalla adeptus sit. Hab. apud D. Joan. Damasco, lib. 4 *Parall.*, cap. 24.

221. Divitiarum pulchritudo non in crumenis, sed in sublevanda pauperum inopia sita est. *Ibid.* lib. 2, cap. 16.

222. Ditari divitiis, grande est bonum: sed inde ditari, unde debeas, non est habenda facultas, sed detestanda calamitas. Lib. 2, de *Vita Contemplat.*, cap. 13.

223. Illa nobis sunt ambiendæ divitiæ; quæ nos ornare possint pariter et nutrire; quæ nec acquirere possumus invito, nec perdere: quæ nos contra hostiles impetus armant, a mundo disermittant. Deo commendant, dilant animas nostras atque nobilitant. *Prosec.*

224. Divitiæ nostræ credendæ sunt, pudicitia, quæ nos pudicos: justitia, quæ justos: pietas, quæ pios: humilitas, quæ humiles: mansuetudo, quæ mansuetos: innocentia, quæ innocentes: puritas, quæ puros: prudentia, quæ prudentes: temperantia, quæ temperantes; et charitas, quæ nos facit Deo et hominibus charos. *Ibid.*

225. Qui divitiis habere volunt, sine labore non querunt, sine difficultate non inveniunt, sine cura non servant, sine anxia delectatione non possident, sine dolore non perdunt. *Ibid.*

226. Genus terrenum eis, a quibus ritiose diligitur, non est voluptatum materia, sed dolorum. *Ibid.*

227. Divites non sibi, sed pauperibus divites sunt. Conc. 5, de *Tribulat.*, part. 1.

228. In hoc mundo magnæ opes impedimento potius, quam adjumento sunt. Conc. 26, Dom. *Latare* 2.

229. Divitiis fluunt, dum affluunt. Super *Psal.* lxxi, vers. 10.

230. Nemo dubitat omnibus ferme malis et infidelibus, divitiis mundi causam mortis magis esse, quam vitæ. Lib. 1, ad *Eccl.*, *cathol.*

231. Si servatæ divitiæ ad malum hominis convertantur, quanto utique ad majus malum si coaccervantur? *Prosec.*

232. Quis enim nunc divitum tantæ est continentis qui opes custodire contentus, accumulare jam nolit!

233. Omiseria temporis: cum servare opes genus sit magni criminis: non augere, jam genus putatur esse virtutis. *Ibid.*

234. Quid dici simplicius, quid evidentius potest? Non dicit diviti, torquendus es, quia homicida es: torquendus es, quia fornicator; sed torquendus es tantummodo, quia dives. Hoc est, quia divitiis male uteris, quia datas tibi ad opus sanctum divitiis non intelligis. *Prosec.*

235. Non enim divitiis ipse per se noxiæ sunt, sed mentes male utentium criminose.

236. Nec ipse opes homini penæ causa sunt, sed de opibus sibi penas divites faciunt: quia dum uti divitiis bene nolant, ipsas sibi divitiis in tormenta convertunt. *Ibid.*, super illud *Jacobi v: Agite nunc divites*, etc.

237. Omnis fructus divitiarum, in usu est positus deliciarum. *Ibid.*, lib. 2.

238. In divitiis diaboli catena est. *Ibid.*

239. Divitiæ hoc fallunt homines nomine presentium bonorum, cum sint causæ malorum æternorum. *Ibid.*

240. Dicite mihi, queso, omnes Christum amantes, si esse ulli omnino homines tam sevi ac tam crudelis adversum inimicos suos possint, quam sunt divites adversum se? *Prosec.*

241. Nulli quippe sunt tam feri, tam inhumani, qui non vel desperatos jam atque mortentes adversarios suos persequi desinant: isti scipios etiam in morte positi persequuntur.

242. O quanto leviores sunt extranei, et carnaliter inimici: illi enim corporum tantum hostes sunt, vos spirituum: illi tantum artum, vos et animarum. *Ibid.*

243. Divitiarum cura somnos interrumpit dulcissimos, innoxios calumnias struit. Epist. *Paschal.* 3.

244. Non tantum adversarii contra hostes suos, quantum divitiæ contra virtutes dimicant. *Ibid.*

245. Nunquam divitiarum desiderium, ullis divitiis scitari potest. *Ibid.*

246. Divitiarum cupidinem, nisi ratione frenetur, nec consilium temperat, nec lex mitigare potest, nec illa sãtati abundantia. *Ibid.*

247. Divitiæ sunt non habentibus ad tentationem, habentibus, iniquitatem. Super *I Tim.*, cap. 6, lect. 2.

248. Magnæ virtutis dives esse ostenditur, et perfecta charitate fixus in Deo, qui ex affectu divitiarum maculam peccati non contrahit, qui post aurum concupiscendo non vadit, nec de divitiis confidendo, per superbiam super aliis se extollit. *De Perfect. vitæ spirit.*, cap. 7.

249. Vere mirabilia facit, qui in divitiis vivens, divitiis affluentibus cor non opponit. *Ibid.*

250. Vanitas est, divitiis perituras querere, et in illis sperare. Lib. 1, de *Instat. Christ.* cap. 1.

S. THEOPH. ALEX.

S. THOMAS AQUINAS.

THOMAS A KEMPIS



S. VALER.

251. Nihil tibi prosunt divitiæ tuæ, si divitiarum beneficiis non utaris : nam pars mendicitatis est, congestam secreto pecuniam possidere. *Homil. 8. de Misericord.*

252. Ille divitiæ acceptabiles sunt Deo, cuius largitate pauper altitur, nudus vestitur, captivus redimitur, vinculis absolvitur, celestis regni hereditas comparatur. *Ibid.*

253. Divitiæ hujus sæculi quotidie augmento suo famem faciunt, et in posterum dignitatis suæ flore nudate, amatores suos esurire patiuntur. *Ibid.*

254. Infructuosæ divitiæ adversum se ultrices criminum flammæ accedunt. *Ibid.*

255. Quid prosunt homini opes, quæ ad hoc solum congregantur ut pereant? *Ibid., homil. 20. de Avarit.*

S. ZENO EP.  
ET MART.

256. Divitiæ si erogaveris, pecunia est : si servaveris, simulachra. *Serm. 2. de Avarit.*

## SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTIPPUS  
PHILOSOPH.

257. Opes ejusmodi tibi para, quæ navi fracta, simul cum Domino enatent. *In Sent., sent. 1.*

ARISTOTEL.

258. Divitiæ magna ex parte ab hominibus pravis potius, quam bonis habentur. *Sect. 29. Problem., quest. 8.*

259. Ipse divitiæ non sunt id, quod querimus, bonum : utiles enim sunt, et ob aliud queri solent. *Lib. 1 Ethic. ad Nicomach., cap. 5.*

260. Divitiis optime is utetur, qui virtutem eam habet, quæ ad pecuniam atinet. *Ibid., lib. 4. cap. 1.*

261. Divitiarum nullus est finis constitutus hominibus. *Lib. 1 Polit., cap. 5.*

262. Absurdum est tales esse divitiis affirmare, quarum abundans quis fame perire possit. *Ibid.*

263. Non est finis divitiarum : omnes enim in infinitum augent, qui pecuniis student. *Ibid.*

264. Divitiis quisquam proderit, cum justo utatur : et lædet, cum injuste. *Lib. 4. rhetor., cap. 1.*

265. Divitem esse in utendo magis, quam possidendo consistit : utentis enim operatio est ; possessio vero ipse divitiæ sum. *Ibid., cap. 5.*

266. Mores qui divitiis comitantur, facile omnes perspicere possunt : contumeliosiores namque sunt ac superbi, delicati, arrogantes. *Ibid., lib. 2. cap. 16.*

267. Sunt quasi pretium aliorum divitiæ, quibus eorum dignitas estimatur ; ac idcirco cuncta videntur emi posse divitiis. *Ibid.*

DIAS. PHIL.

268. Quis dives? qui nihil cupiat ; quis pauper? avarus. *Ex dictis sapient., ex Avonio, dict. 3.*

GATO NARR.

269. Despice divitiis, si vis animo esse beatus. *Lib. 4 Dischor., metr. 5.*

270. Utere questis opibus ; fuge nomen avari :

Quid tibi divitiæ prosunt, si pauper abundas? *Ibid., metr. 34.*

271. Omnium rerum nec aptus est quidquam ad opes tuendas ac tenendas, quam diligi : nec alienius, quam timeri. *Lib. 2. de Offic.*

272. Animus hominis dives, non arca appellari solet ; quamvis illa sit plena ; dum te inanem videbo, divitem non putabo. *Prosec.*

273. Animus oportet tuus se judicet divitem, non hominum sermo, atque possessiones tuæ : qui si nihil deesse tibi putas, nihil cures amplius, satius es, aut etiam contentus pecunia, concedo dives es. Sine autem propter aviditatem pecuniam nullum quæstum turpem putas, si quotidie fraudas, decipis, poscis, pacisceris, auferas, rapis, ærarium expilas.

274. Qui innumerabiles cupiditates habet, quæ brevi tempore magnas copias exhaurire possint, hunc ego quomodo appellabo divitem, cum ipse egero se sentiat?

275. Etenim divitiarum fructus in copia est, copiam declarat sœtietas rerum atque abundantia. *De Paradoxis, cap. 6.*

276. Quis dubitet, quod in virtute divitiæ sint : quoniam nulla possessio, nulla vis auri et argenti plurius quam virtus estimanda est. *Ibid.*

277. Uter est ditior, cui deest, aut cui superat? qui eget an qui abundat? cui possessio quo major est, eo plus requirit ad se tuendam, an qui suis viribus se sustinet? *Prosec.*

278. Non esse cupidum pecuniæ, non esse tonacem vectigalis, contentum vero suis esse rebus, maxime sunt certissimeque divitiæ. *Ibid.*

279. Si voles divitiis cum virtute comparare, vir satis idoneus tibi videbuntur divitiæ, quæ virtutis pedisequæ sint. *Lib. 4. de Arte Rhetor. ad Herennium.*

280. Omnes sunt divites, qui cœlo frui possunt. *Lib. 7. epist. 46. ad Atticum.*

281. Alii, non sibi dives est, quisquis est dives. *In Dialogo Menexeni.*

282. Felices vix, et ne vix quidem fieri possunt divites, qui magnam pecuniarum vim possident, quam etiam improbus quispiam possidere possit. *Prosec.*

283. Quod si ita est, nunquam equidem concedam divitem revera esse felicem, nisi etiam sit bonus : fieri vero non potest, ut quis et prohibite et divitiis una abundet. *Lib. 5. de Legibus.*

284. Nullum gravius malum opulentia : opes enim quanto majores, tanto plures et majoris calamitatum impetus sentit, et turpium noxiarumque voluptatum architectos in suo nutrit sinu. *Epist. 3. ad Dionys.*

CICERO.

285. Divitiæ corpori et animo subserviant. *Ibid. epist. 8. ad Diorem.*

286. Sermo ille, qui divites appellat beatos plane est infelix, mulierularum et puerorum ineptiis magis conveniens, prorsus vecors et insipidus, et eos qui illi fidem adhibent, tales efficit. *Ibid.*

SENECA.

287. Non est quod putes omnibus divitiis convenire, nihil est insolentius novitio divite. *Lib. 2. Contraer., contror. 9.*

288. Tunc est tormentum carere divitiis, cum illas jam senseris. *Ibid., lib. 4. contror. 6.*

289. Divitiis nego bonum esse ; nam si essent, bonos facerent. Nunc quoniam quod apud malos deprehenditur, dici bonum non potest, hoc illis nomen nego : cæterum ethabendas esse, et utiles, et magna commoda afferentes, fateor. *De Vita beata, cap. 24.*

290. Divitiæ apud sapientem virum, in servitute sunt : apud stultum, in imperio. *Ibid., cap. 26.*

291. Otiosæ divitiis luditis, nec providetis illarum periculum. *Ibid.*

292. Sapienter quisquis abstulerit divitiis omnia illi sua reliquit. *Ibid.*

293. Animus est, qui divites facit, pecunia nihil ad animum pertinet. *De Consolat. ad Helviam, cap. 11.*

294. Quis sit divitiarum modus, queris? primus, habere quod necesse est : proximus, quod sat est. *Epist. 2.*

295. Is maxime divitiis fruitur, qui minime divitiis indiget. *Epist. 14.*

296. Si ad naturam vives, nunquam eris pauper : si ad opinionem, nunquam dives. Exiguam naturam desiderat, opinio immensum. *Epist. 16.*

297. Non est in divitiis vitium, sed in ipso animo. *Epist. 17.*

298. Magnus est ille, qui in divitiis pauper est : sed securior, qui caret divitiis. *Epist. 20.*

299. Si vis te divitem facere, non pecuniæ adjiciendum, sed cupiditatibus detrahendum est. *Epist. 21.*

300. Brevislima ad divitiis, per contemptum divitiarum via est. *Epist. 62.*

301. Divitem illum putas, quia aurea supplexer, etiam in via eum sequitur : quia tantum agri possidet? *Prosec.*

302. Late possidet, sed multum debet : habet domum formosam, sed alienis nummis paratam : et cum omnia dixeris, pauper est ; quia debet quantum possidet, quia debet omnia. *Epist. 87.*

303. Non tantum bonum divitiæ non sunt, sed malum sunt. *Epist. 87.*

304. Divitiæ causa sunt malorum, non quia

ipse faciant aliquid, sed quia facturos irritant. *Prosec.*

305. Inflant animos, superbiam pariunt invdiam contrahunt : et usque eo mentem alienant, ut fama pecuniæ eos etiam nocitura delectet. *Ibid.*

306. Divitiis non sunt bona : bona autem omni carere culpa decet, pura sunt, non corrumpunt amicos, non sollicitant ; extollunt quidem, et dilatant, sed sine tumore. *Prosec.*

307. Quæ bona sunt, fiduciam faciunt, divitiæ autem audaciam : quæ bona sunt, magnitudinem animi dant, divitiæ insolentiam. *Ibid.*

308. Divitiæ non dant magnitudinem animo, nec fiduciam, nec securitatem, sed insolentiam, tumorem, arrogantiam creant. *Ibid.*

309. Opes auctoramenta sunt servitutem. *Epist. 104.*

310. Homines in animo, non in patrimonio putent esse divites : eum esse locupletem, qui paupertati suæ aptus est, et parvo se divitem ferit. *Epist. 108.*

311. Ostenduntur res istæ, non possidentur : et dum placent, transeunt. Ad veras potius te converte divitiis, disce parvo esse contentus. *Epist. 110.*

312. Omnia ista nobis accedant, non hæreant ; si abducantur, sine ulla nostri laceratione discedant : utamur illis, non gloriemur, et utamur parce tanquam depositis apud nos et abituris : quisquis illa sine ratione possedit, non diu tenuit. *Epist. 74.*

313. Quæ sunt maxime divitiæ? non desiderare divitiis. *De moribus.*

314. Utendum est divitiis, non abutendum. *Ibid.*

315. Mihi crede, non potes dives esse, et felix. *Ibid.*

316. Difficile est divitem salvari. *Sent. 183.*

317. Vitium frons hilaris, sed multis intus amaritudinibus mens est referta. *Lib. 4. Diector. memorabil., cap. 4.*

Vide etiam tit. *Abundantia, sent. 4, 11, Acquirere, sent. 24 ; Amissio, sent. 17, 114 ; Auctoritas, sent. 35 ; Contemptus in genere, sent. 46 ; Damnum, sent. 32 ; Devotio, sent. 66 ; Dignitas, sent. 2, 29 ; Egestas, sent. 18, 44 ; Eleemosyna, sent. 301 ; Gloria vana, sent. 115 ; Habere, sent. 37, 39, 40 ; 67 ; Maledictio, sent. 31 ; Onus, sent. 8 ; 9, 10 ; 41, 42, 43 ; Paupertas in genere, sent. 9, 10, 52, 59, 60, 62 ; Paupertas Christi, sent. 7 ; Paupertas voluntaria, sent. 80, 14, 193 ; Pecuniarum cupiditas, sent. 4, 4, 17, 25, 29, 41, 42 ; Possessio, sent. 7, 30, 85 ; Rapina, sent. 44 ; Relinquere, sent. 29 ; Renuntiatio, sent. 48 ; Sufficientia, sent. 32 ; Superbia, sent. 96 ; Virtus, sent. 112.*

SIXT. PHIL.  
VALEDIUS  
MAXIMUS.



## DIVORTIUM.

- GLOSS. DECA. *Etymologia.* Divortium dictum est a diversitate mentis, vel quia in diversas partes eunt, qui matrimonium distrahunt: nec fit divortium quoad matrimonii essentiam, sed quoad usum carnis; et dupliciter fit, vel perpetuo, vel ad tempus. Apud Gratianum in *Decret.*
- S. ISIDORUS HISPALENSIS. Divortium dictum est a fluxu viarum, hoc est, vis in diversa tendens. Lib. 9 *Etym.*, cap. 8.
- GLOSS. DECA. *Definitio.* Divortium est separatio corporalis, quae causa sit delicti, non autem causa honestatis. Apud Gratianum in *decretis.*
- S. ISIDORUS HISPAL. Repudium est, cum uxor sub testimonio testium, vel presenti, vel absentis dimittitur. Lib. 9 *Etym.*, cap. 8.
- SENTENTIA PATRUM.
- S. AUGUST. 1. Dominus ut non facile uxor dimittatur, solum causam fornicationis excepit, ceteras vero universas molestias (si quae forte extiterint) jubet pro fide conjugali, pro castitate fortiter sustineri. De serm. *Dom. in monte*, lib. 4.
2. Nihil iniquius quam fornicationis causa dimittere uxorem, si et ipse convincitur fornicari. *Ibid.*
3. Licite dimittitur conjux ob causam fornicationis, sed manet vinculum prioris, propter quod fit reus adulterii, qui dimissam duxerit, etiam ob causam fornicationis. Lib. 2, *de Adulterinis conjug.*, cap. 4.
4. Etiam si per repudium conjux casto corpore separatur, non ideo uxorem solvit, nisi mors conjugis, non in adulterium corruentis, sed de corpore exeuntis. *Ibid.*, cap. 13.
5. Interveniens divortio, non aboletur illa confederatio nuptialis: ita ut sibi conjuges sint etiam separati, cum illis autem adulterium committant, quibus etiam fuerint post suum repudium copulati, vel illa viro, vel ille mulieri. *De bono conjugali*, cap. 7.
6. Non erit turpis, neque difficilis, etiam post perpetrata atque purgata adulteris, reconciliatio conjugum post divortium, ubi per claves regni caelorum non dubitatur fieri remissio peccatorum. *Prose.*
7. Non ut post viri divortium adultera revocetur, sed ut post Christi consortium adultera non vocetur. Lib. 2, *Adult. conjug.*, cap. 9.
8. Conjuges a suo consorcio divortiantes; non alia querant conjugia, quia non erunt conjugia, sed adulteria. *Ibid.*, cap. 19.
9. Causa fornicationis, divortium nascitur. *Ibid.*, lib. 4, cap. 4.
10. Sicut conjunctio a Deo, ita divortium a diabolo est. Tract. 9, *de cap. 2 super Evang. Joan.*

11. Sive asper sit, sive feris moribus maritus, necesse est ferre conjugem, et ex nulla occasione admittere, ut unio divortio divellatur. Homil. 7, *Hexam.*
12. Melius est facere divortium cum homine, quam cum Deo. In suis *Proverb.*, verbo *Melus.*
13. Licet Ecclesia propter impedimentum matrimonii, possit divortia facere, nunquam tamen potest, nec debet matrimonium (quod legitime celebratum est) dissolvere. Lib. 6, *Compend. theolog. verit.*
14. Adulter uxorem adulteram dimittere non potest. In *Decretis*, part. 2, causa 32, quaest. 6 can. *Non moehaberis.*
15. Divortium non est verum, nisi quod animo perpetuam constituendi discessionem fit. In *Decret.*, part. 2, *de Penit.*, dist. 1, can. *Divortium.*
16. Etsi mundana lex precipit, conversionis gratia, utrobet invito posse solvi conjugium: divina tamen lex hoc fieri non permittit. Lib. 9, in *Registr.*; et in dict. 4, cap. 44, *ad Adrianum Notarium.*
17. Excepta fornicationis causa, viro uxorem dimittere nulla ratione conceditur. *Ibid.*
18. Lex ob omnem causam divortium permittit, Christus autem nequaquam ob omnem causam: sed solum a meretricis separari concedit, omnia vero reliqua boni consulere jubet. Orat. 28.
19. Discordia seminarum est repudii. Epist. 1 *adversus Hebraeos.*
20. Ubiunque est fornicatio et fornicationis suspicio, libere uxor dimittitur. Lib. 3 super *Mat.*, cap. 19 super illud: *Quicumque dimiserit uxorem suam, etc.*
21. Grave potius uxorem est, si excepta causa fornicationis, eas dimittere non licet: quid si temulentia fuerit, si iracunda, si malis moribus, si luxuriosa, si gulosa, si vaga, si jurgatrix, si malefica, tenenda erit istiusmodi? velis nolis sustinenda est. *Ibid.*
22. Separatio per libellum repudii, est penitus interdicta. Lib. *Sentent.*, tract. 7, cap. 5.
23. Quisquis fornicationis causa vult abjicere uxorem suam, prior debet esse a fornicatione purgatus. *Ibid.*, cap. 9.
24. Repudium malum est, tamen cum ratione licitum est. Super *Matth.*, cap. 19.
25. Tutius est cum homine, quam cum Deo habere divortium. Collat. 21, *Abbat. Theonae*, cap. 9.
26. Divortia inter unanimes fratres, hostis invidus ac malignus interserit. Collat. 46, *Abbat. Joseph.*, cap. 8.
27. Cum videas sive virum, sive mulierem de dimittendis uxoris aut viris legem interro-

S. BASILIUS  
MAGNUS.

V. BUDA.

G. BONAV.

GRATIANUS

S. GREGOR.  
MAGNUS.S. GREGOR.  
NAZ.

S. HIERON.

HUGO A S.  
VICTORE.

HUGOCARD.

IOAN. CASS.

S. AUGUST.

S. IOANNES  
CHRYSOST.

- gantes; cognosce quia vir ille lascivus est, et mulier illa meretrix. Homil. 32, super *Matth. Oper. imperf.*
2. Matrimonium non facit coitus, sed voluntas: et ideo illud non solvit separatio corporis, sed separatio voluntatis. *Ibid.*
29. Sicut crudelis est et iniquus, qui uxorem castam dimittit: sic fatuus est et injustus, qui retinet meretricem. *Ibid.*
30. Cum propter continentiam et pusillanimitatem et alias causas fieri divortia contingit, melius est ut non fiant a principio. Homil. 19, super *I Cor.*, in illud vii: *Uxorem a viro non discedere, etc.*
31. Si tibi vir imperat, ut impietatem cum eo propter matrimonium communices, vel ut discedas: melius est divortium facere nuptiarum, quam pietatis. *Ibid.*, super illud vii: *Si infidelis discedit, etc.*
32. Qui patrem reliquit propter uxorem, si illam ipsam quoque postea dimiserit ac reliquerit, quam venia dignus erit? Serm. 20, super *Epist. ad Ephes.*
33. Ubiunque est fornicatio, et fornicationis suspicio, libere uxor dimittitur. Lib. 2, *Offic. Eccles.*, cap. 19.
34. Repudii proxima causa est odium viri in uxorem. In *supplement.*, part. 3, quaest. 67, art. 6.
- SENTENTIA PAGANORUM.
- CICERO. 35. Ut in uxore divortium fiat, necessitas eogit. Lib. 3, *de Oratore.*
- SIXT. PHIL. 36. Vir qui uxorem dimittit, proficitur se hunc mulierem generare. Sent. 227.
- VALERIUS MAXIMUS. 37. Repudium inter uxorem et virum a condita urbe, usque ad vicesimum et quingentesimum annum nullum intercessit. Lib. 2, *Dictor. memorabil.*, cap. 4.
- DOCTRINA, DOCTOR.
- COLLECTOR. *Definitio.* Decere nihil aliud est, quam discipulis vel alterius cuiuscunque rei cognitionem dare.
- SENTENTIA PATRUM.
- B. ALANUS DE RUPE. 1. Quid alios volare doces, qui vix reptare potes? Part. 1, in *Apologia*, cap. 45.
2. Quanto divitius impensiusque doces alios, tanto illustrior tibi crescit scientia. *Ibid.*
3. Memento gravitatis tuae, ut gravissimum aliquid, et saluberrimum docess. Epist. 56, *ad Dioscorum.*
4. Doctrina constans mutato praecipio non mutat instructionem. Epist. 5, *ad Marcellin.*
5. Vidit Apostolus Jacobus in audiendo facillime servari humilitatem, quae difficilis est in do-

- cendo: quoniam necesse est ut doctor habeat superiorem locum, ubi laboriosum est obtinere ne subrepat elatio. Epist. 132, *ad Florentinum.*
6. Omnis doctrina vel rerum est, vel signorum. Lib. 1, *de Doctr. Christiana*, cap. 2.
7. Sicut gratis est, qui cognoscenda enubilat; sic onerosus est, qui cognita inenclat: nam delectandi gratia nota dicitur ubi non ipsa, sed modus quo dicitur, attenditur. *Ibid.*, lib. 4, cap. 40.
8. Haec est in docendo eloquentia, qua fit docendo, non ut libeat quod horrebat, aut fiat quod pigebat, sed ut appareat quod latebat. *Ibid.*, cap. 41.
9. Bonorum ingeniorum insignis est indoles in verbis verum amare, non verba. *Prose.*
10. Quid enim prodest clavis aurea, si aperire quod volumus non potest? aut quid obest lignea, si hoc potest, quando nihil quiescit, nisi patere quod clausum est? *Ibid.*, cap. 11.
11. Dixit quidam eloquens, et verum dixit, ita dicere debere eloquentem, ut doceat, ut delectet, ut loquat: docere necessitas est, delectare suavitatis, docere victoria. *Ibid.*, cap. 12.
12. Doctor et doctor id agere debet, ut non solum intelligenter, verum etiam libenter, et obedienter audiat. *Ibid.*, cap. 26.
13. Doctor eligat bonam vitam, ut etiam bonam non negligat famam. *Ibid.*, cap. 28.
14. Doctor non existimet dici melius, nisi quod dicitur verius: nec doctor verbis serviat, sed verba doctoris. *Ibid.*
15. Surgunt indocti et caelum rapiunt, et nos cum doctrinis nostris sine corde: ecce ubi, volumur in carne et sanguine. Lib. 8, *Cons.*, cap. 8.
16. Cavendum est ne quid aperiat ei, qui non capit: melius enim querit quod clausum est, quam id quod apertum est, aut infestat, aut negligit. *De serm. Dom. in Monte*, lib. 2.
17. Doctrina Christianorum est plane commendanda, sed incomparabiliter praeferranda doctrinis philosophorum. *De Epist.*, cap. 8.
18. Quando Deus docet, non per legis litteram, sed per spiritus gratiam, ita docet, ut quod quisque didicerit, non tantum cognoscendo videat, sed etiam volendo appetat, agendoque perficiat. Lib. 4, *de Gratia Christi*, cap. 14.
19. Non est ut haeret lector, ubi caliget auditor. Lib. 2, *contra Sultan.*, cap. 5.
20. Non sit in voluntate exercitatio doctrinae tuae, sed in necessitate. Super *Psalm.* cxxxix, vers. 12.
21. Doctrina per malos, palmas in sepe, botrum inter spinas, caute lege: botrum carpe, spinam cave, ne dum quæris fructum, laceres manum;



et cum audis bona dicentem, ne imitoris mala facientem. Tract. 45, super *Evang. Joan.*, de cap. 10.

22. In doctore molestā est causa, nec facere, nec precipere, nec observare: in discente vero audire velle quod nolit implere, aures auditu accommodare, et ab opere voluntatem avertere. Serm. 3, de *Verbis Dom.*

23. Sine Deo nulla doctrina instruit. Lib. 8, de *Civit. Dei*, cap. 4.

24. Doctrina inconstans, mentis lepram significat. De *Verbis Apostoli*, serm. 10.

25. Sicut cæcus sine ductore, sic homo sine doctore viam rectam vix graditur. Serm. 1, ser. 6, post *Dom. Pass.*

26. Nemo docenti homini tribuat quod ex ore docentis intelligit: quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Serm. 1, *Vigil. Pent.*

S. BASILIUS  
MAGNUS. 27. Docentis auctoritas, fidem orationi conciliat, attentioresque discipulos reddit. *Apud D. Joan. Domasc.*, lib. 1 *Paral.*, cap. 90.

V. BEDA. 28. Doctrinae verba paucis prosunt sine factis. In suis *Proc.*, verbo *Doctrina*.

29. Expers doctrinae, tenebras patietur ubique. *Ibid.*, verbo *Expers*.

30. Frustra sibi officium doctoris usurpat, qui discretionem catholicae fidei ignorat: neque sanctuarium Domino; sed ruinam sibi edificat, qui docere alios regulam, quam ipsi non didicere conantur. De *templo Salomon.*, cap. 4.

S. BENEDECTUS. 31. Loqui et docere, magistrum condecet; tacere et audire, discipulo convenit. In *Regula*, cap. 6.

S. BERNARDUS. 32. Doctrina Spiritus sancti non curiositatem acuit, sed charitatem accendit. Serm. 8, super *Cant.*

33. Indoctus si præsument docere quod nescit, nihil indoctus agit. Epist. 89, ad *Ogerium canonice regular.*

34. Docere nec indoctus est in promptu, nec monacho in ausu, nec peccanti in affectu. *Ibid.*

35. Tu qui alios doces, doce teipsum. Lib. 4, de *Consid.*, ad *Eugen. Pap.*

S. BONAVENTURA. 36. Docet Deus quinque modis, per scripturam, per doctrinam, per inspirationem, per exemplum, per flagella. Super *Psalm lxx.*

37. Doctoris est, audientium considerare personas, irrideant, antequam audiant. Super *Luc.*, cap. 9.

38. Ille solus verus est doctor, qui potest speciem imprimere, et lumen infundere, et virtutem dare cordi audientis. De *Reduct. artium ad Theolog.*

S. C. EMMENS. 39. Si indoctus et inscius officium doctoris ac-

cipiat, sine dubio auditores ignorantia tenebris obvoluti, in interitum demergentur. Epist. 1.

40. Doctrina sanctorum est spiritalis, non caliginosum habens velum, sed splendorem et puritatem. Lib. 1, *Glaphyror.* in *Deuteronom.*, cap. 4.

41. In moralibus documenta sunt tanto perfectiori, quanto plus ad particularia descendunt ac limitantur. De *fructuosa temporis deductione*.

42. Valde turpe est doctori, si ea quae alios docuit, ipse cum maximo opus fuerit sibi, negligat. In *Elucidat.*, super cap. 4, *Job*, in illud: *Tetigit te, et conturbatus es*.

43. Praestat bene silendo vera docere, quam male loquendo falsa docere. *Ibid.*, super cap. 34, in illud: *Si erravi, tu doce me*.

44. Doctrina veritatis, obediētes vivificat, rebelles interficit, vitia prosternit, virtutes erigit, incredulos deijcit, fideles extollit. In *praefat. ad Benevolam*.

45. Suspecta est omnis doctrina, et certe despecta, quae nullam inducit de Christo mentionem. Serm. 5, super *Cant.* apud S. Bernard.

46. Non tam debes attendere, quae te dicere deceat, quam quae debent audire quos instruis. Serm. 27, super *Cant.*

47. Custodia nostrae salutis et dux, doctrina est. Super *Levitic.*, cap. 16.

48. Doctores Ecclesiae, quasi Patres et Matres fovēt plebem: Patres auctoritate, Matres pietate. Super *Deuter.*, cap. 22.

49. Vasa infirma ad conflictum nec sunt apta, quibus ne frangantur et pereant, non permittitur docere, sed tantum doceri. Super *Joan.*, cap. 1.

50. Qui gradum doctoris accipit, merito vitae perfectioris, transcendere debet actionem vulgi. Super 2 *Esdr.*, cap. 8.

51. Vere docet qui facit quod docet; aliter condemnat seipsum. Super *Matth.* cap. 5, in illud: *Sic luceat lux vestra*.

52. Non est prius doctor alii idoneus mereri, qui nondum se sanaverit. Super *Luc.*, cap. 14.

53. Qui ex docet quae ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorum utilitatem, sed ad sui ostentationem facit. In *Decret.*, part. 1, dist. 43, can. *Dispensatio*, § *Pariter*.

54. Oportet eum, qui docet et instruit animas rudes, esse talem, ut pro ingenio discipulorum, semel ipsum possit aptare, et verbi ordinem pro audientium capacitate dirigere. *Ibid.*, part. 2, causa 8, quest. 1, can. *Oportet*.

55. Vera doctrina tanto vehementius elationis vitium fugit per cogitationem, quanto ardentius verborum suorum jaculis ipsum magistrum elationis insequitur. Lib. 23 *Moral.*, cap. 7.

PAPA.

S. CYRILLUS  
ALEX.DIONYSIUS  
CARTHUS.FRANCISCUS  
TITELM.

S. GAUDENTIUS.

GILLEBERTUS  
ANGELM.

GLOSS. ORD.

GLOSS. INT.

S. CREGORIUS  
NAZ.

S. THOMAS.

GRATIANS.

S. CREGORIUS  
MAGNUS.

56. Non cuncta tempora doctrinae sunt congrua: nam plerumque doctorum virtus perditur, si intempestive profatur: saepe vero et quod lenius dicitur, conventu temporis congruentis animatur. *Ibid.*, lib. 30, cap. 7.

57. Quantalibet doctrina mens polleat, gravis ejus imperitia est, velle docere meliorem. *Ibid.*, lib. 6, cap. 48, super illud *Job*. v: *Quod auditum mente pertracta*.

58. Plerumque doctor, qui docere audeat quod negligit agere: cum desiderit bona loqui, quae operari contempsit, docere subjectos incipit prava quae agit. *Ibid.*, lib. 11, cap. 9.

59. Culpa superbia est, docere meliorem. *Ibid.*, lib. 16, cap. 8, super illud *Job* xxx: *Suscipe ex ore illius legem, etc.*

60. Doctrina ut pervenire ad cor audientis valeat, quae sibi congrua sint temporum momenta perpendat. *Ibid.*, lib. 29, cap. 7.

61. Tanto quisque minus ostenditur doctus, quanto minus convincitur patiens: non potest enim veraciter bona docendo impendere, si vivendo nescit equanimiter aliena mala tolerare. Part. 3 *Pastor.*, cap. 4, admonit. 40.

62. Tunc possidet homo quod docet, quando se innolescere non gaudet, sed prodesse. Homil. 12, super *Ezech.*

63. Nemo docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit: quia nisi intus sit Spiritus sanctus qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Homil. 30, super *Evang.* super illud *Joan.* xiv: *Ipse vos docebit omnia*.

64. Magnis virtutum fulgoribus ornari debet persona doctoris. Lib. 6, in 1 *Reg.*, cap. 3, super illud: *Erat autem rufus et pulcher*.

65. Doctrinae sermo non suppetit, nisi in aetate perfecta. Homil. 2, super *Ezech.*

66. Feris et immanibus hominibus lapidum vice est; vera et solida doctrina. Lib. 2, de *Theologia*.

67. Noli temeritate quorundam docere quod nescias: sed ante disce quod docturus sis. Epist. 27.

68. Non praedjudicata doctoris opinio, sed doctrinae ratio ponderanda est. Epist. 31, ad *Mimerium et Alexanbr.*

69. Multo tempore disce quod doceas, et sic non temeritate quorundam doceas quod nescias, sed ante disce quod dicturus es. In *Regula Monachorum*, cap. 6, de *Correct. et doctrina*.

70. Stultissimum est docere, quod non veritatem, quem doceas. In *Regula monachorum*, cap. 24, de *Virt. humilit.*

71. Doctrina haereticorum, non in sensu: sed in multiloquio, et clamore versatur. Lib. 7,

super *Isaiam*, cap. xxii, super illud: *Clamoribus plena, etc.*

72. Nonnulli rugosa fronte, demisso supercilio, verbisque trutinatis, auctoritatem sibi doctorum vendicant. Lib. 2, super *Epistolam ad Ephes.*, cap. iv, in illud: *Cum humilitate, etc.*

73. Quid tam superbum, quam divinis contraire doctrinis! Super II ad *Cor.*, cap. 3, in illud: *Et omnem altitudinem, etc.*

74. Dolosa doctrina est haereticorum, sub nomine Dei blasphemata, sub pretextu religionis impis, sub veritatis specie fallax. Super *Psalm.* cxxxvii.

75. Sacratissima doctrinam habet, qui docet quod sapit, qui instruit quod sentit: qui docet non solum cognoscere verum, sed apprehendere bonum et amare justum. Lib. 4, super cap. 3, *Celestis Hierarch.*

76. Sapientes velle docere, superbia est. De *HUGO A. S. VICTORIS.*

77. Doctrina debet esse de fide et moribus; catholica, id est, generalis, publica, sana, discreta; vera, matura. Lib. 4, de *Propriet. rerum*, cap. 4.

78. Non videri doctus, sed esse discas, vel quæras. Lib. 3 *Didasc.*, cap. 41.

79. Omnes arrogantes cum doctorum speciem accipiunt, velut in alto positi, distantes ab aliis loquantur, quasi verba eorum dignatione quadam, super indignos homines coelitus effundantur. Super *Job*, cap. 34.

80. Velle doceri, prudentia est: velle docere, charitatis. Super *Prov.*, cap. 15.

81. Sicut tibiae vehiculum sunt corporis: ita verbum doctrinae vehiculum est cordis. *Ibid.*, cap. 26.

82. Boni, qui salutem suam, et aliorum quaerunt; magis volunt exemplo quam verbo docere. Super *Ecclesiastic.*, cap. 5.

83. Doctrina in tribus consistit: in suggillatione vitiorum, in plantatione fidei, in edificatione morum. *Ibid.*, cap. 25.

84. Nihil proficit exterius vox doctoris, nisi intus operetur gratia Conditoris. Super *Isai.*, cap. 40.

85. Duo sunt necessaria docenti: ut sit fide dignus, ut diligatur ab his quos docet; ut liberum tempus sit a tumultu. Super *Matth.*, cap. 24.

86. Haereticorum doctrina venenosa est, philosophorum infirma, avarorum lutoxa, luxuriosorum foetida, superbiorum inanis. Super II ad *Tim.*, cap. 4.

87. Duabus ex causis inefficacem spiritualium rerum constat esse doctrinam, aut ille qui docet inexpertia commenta vano verborum sono ins-

S. HILARIUS

HUGO A. S. VICTORIS.

HUGOCARDUS

JOAN. CASIUS



trucere nititur auditorem; aut certe nequam ac vitios referens auditor salutarem spiritualis viri, sanctamque doctrinam obturato corde non recipit. Collat. 14, *abbat. Nestor.*, cap. 18.

S. JOANNES  
CHRYSOST.

88. Lethale venenum falsae doctrinae fugiendum est, multo majus hoc damnum, et tanto majus damnum, quanto anima corpore melior est. *Homil. 5, Gen.*

89. Multo fidelior et certior est doctrina operum, quam sermonum. *Ibid.*, homil. 13.

90. Respectum personarum nescit spiritualis doctrina. *Ibid.*, homil. 18.

91. Qui doctrinae gratiam ad utilitatem aliorum accipit, nec utitur ea, gratiam quoque omnino perdit: qui autem studiosae ac sedulo utitur maiorem gratiam impetabit. *Homil. 79, super Matth. Oper. perf.*

92. Si is qui alios docet, alterius indignus sit doctrina: non praeceptoris, sed discipuli munere fungitur. *Homil. 1, super Joan.*

93. Isud potissimum est generosi doctoris, non solum sermone, quos imbut ac docet, sed et precibus juvare. *Serm. 32, super Epist. ad Rom.*

94. Doctorem oportet non solum consulendo docendoque discipulorum mentes instruere ac corrigere, sed et terrendo, Deoque tradendo. *Serm. 12, super Epist. ad Ephes.*

95. Sapius doctorem volentem ad ulteriora procedere, et secretiores altioresque sermones attingere non permittit segnitiam. *Homil. super Epist. ad Hebr.*

JOAN. SAB.

96. Sicut doctorum officium est docere, sic auditorum se probare dociles. *Lib. 7, de Nuptis carnal.*, cap. 14.

JOAN.  
TRIEB.

97. Doctrina eo diuturnius perpetua senescit, quo publica fecundius se diffundit. *Lib. 1, de Regim. claustr.*

98. Non facile sine doctore doctus efficitur. *Orat. 5, in Conventu. Abbat. habit.*

99. Nemo potest docere utiliter, quod ipse non prius didicerit: veraciter docet, qui semper paratus est discere. *Epist. 4, ad Nicolaum presbyt. Mericensen.*

S. ISIDORUS  
HISPALENS.

100. Doctrina sine adjuvante gratia, quamvis infundatur auribus, ad cor nunquam descendit: foris quidem perstrepat, sed interius nihil proficit. *Lib. 3, de Sam. bono*, cap. 10, sent. 1.

101. Quomodo docere poterunt, qui non didicerunt? desinat locum docendi suscipere, qui nescit docere. *Ibid.*, cap. 35, sent. 1.

102. Doctoris vitio, etiam ipsa vera doctrina vilescit: quia dum non vivit sicut docet, ipsam quam praedicat veritatem contemptibilem facit. *Ibid.*, cap. 37, sent. 1.

103. Bonus doctor et in humilitate servat disci-

plinam, et per disciplinam non incurrit superbiam. *Ibid.*, cap. 37, sent. 1.

104. Multi sunt, qui non ex consulto edicendi, sed ex tumore superbiendi docent. Nec ut prosint, sapientes sunt: sed ut sapientes videantur, docere student. *Ibid.*

105. Superbi doctores vulnerare potius, quam emendare noverunt. *Ibid.*, sent. 6.

106. Non omnibus una eademque doctrina est adhibenda: sed pro qualitate morum, diversa sit exhortatio doctorum: nam quosdam increpato dura, quosdam vero exhortatio corrigit blanda. *Ibid.*, cap. 43.

107. Prima prudentiae virtus est, eam quam docere oporteat, aestimare personam. *Ibid.*, sent. 4.

108. Bonum quod audieris, dic: bonum quod didiceris, doce; discendi et docendi non contemnens studium. *Prosecc.*

109. Scientiam, quam aure concipis, ore effunde: sapientiam enim cum ceteris imperferis, tibi magis hanc auges.

110. Doctrina quanto amplius data fuerit, tanto magis abundat: sapientia dando largior sit, retinendo minorabitur. Largiendo redundantior est sapientia, et dum plus conferitur, plus abundat. *Lib. 2, de Synonyma*, cap. 14.

111. Cum doces, cum erudis, cum instruis, non verborum obscuritate uti: ita dic, ut intelligaris; nec simplicibus displiceas, nec prudentes offendas. *Prosecc.*

112. Juxta sensum audientis, sit sermo docentis: secundum mores impertienda est doctrina: juxta vulnus adhibendum est remedium.

113. Sic alios instrue, ut teustodias: sic doce, ut humilitatis gratiam non amittas.

114. In doctrina ipsa ab humana laude te tenepera: cave ne dum alios docendo erigis, ipse laudis appetitu demergaris. *Ibid.*

115. Plus dilige discere, quam docere: discere quod necis, ne doctor inutilis inveniaris: antea esto auditor, postea doctor. *Ibid.*, cap. 15.

116. Doctrina morum dux est, in hoc constituta, ut omnia quae in nobis sunt, ex ratione moderetur. *Lib. 2, epist. 411, ad Nicenon.*

117. Clausum habeat os peccator: quia qui seipsum non docuit, alium docere non potest. *Homil. 38, super Levitic.*

118. Quanto doctrina secretior, tanto juvenior, quanto morosior, tanto gravior. *Serm. 2, de S. Petro ad vincula.*

119. Prius teipsum doce, quam alios doceas: non est sapiens, qui non est sapiens sibi. *Ibid.*, tract. de Inst. Episcopi.

120. Deliciosus et improbus doctor est, qui in

eo quod alium docet, seipsum non docet. *Lib. 4, epist. 6.*

S. ISIDORUS  
HISPALENSIS.

121. Miser esse, qui ante compulsus est docere, quam dicere, tanquam sterilis arbor, cum non habeat opera pro pomis, spargit verba pro foliis. *Lib. 5, epist. 3, ad Apollinar.*

S. THOMAS  
AQUINAS.

122. Sacra doctrina est cibus et potus animae, quia illam portat et satiat: aliae enim scientiae tantum illuminant intellectum, haec autem illuminat, nutrit et roborat animam. *Super Epist. ad Hebr.*

THOMAS  
A KEMPIS

123. Doctrina Christi, omnes doctrinas sanctorum praecellit. *Lib. 1, de Imit. Chr.*, cap. 1.

## SENTENTIA PAGANORUM.

CICERO.

124. Minimum valet doctrina, nisi industria, studio, labore, diligentia comprobetur. *Lib. 3, de arte Rhetor. ad Herenn.*

126. Quod nosse pulcherrimum est, id docere gloriosum. *De perfecto oratore.*

125. Sicut ager, quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest: sic sine doctrina animus. *Lib. 2, Tusc. quest.*

SENECA.

127. Eum elige doctorem, quem magis admiseris cum videris, quam cum audieris. *Epist. 52.*

128. Haec alius dic, ut dum dicis, audias ipse. *Epist. 89.*

SIXTUS  
PHILOSOPH.

129. Doctrinam, quae non est Deo digna, ne dicas. *Sent. 239.*

130. Doctrinam ex qua proficere potes in amore Dei, illam necessario expete. *Ibid.*, sent. 242.

131. Fidelis, qui libenter vult doceri, operarius efficitur veritatis. *Ibid.*, sent. 271.

VALERIUS  
MAXIMUS.

132. Doctrina proleci ut polioria, non ut meliora fiant ingenia. *Lib. 5 Dictor. memorabil.*, cap. 4.

Vide etiam tit. *Arrogantia*, sent. 34; *Correctio*, sent. 50; *Deus*, sent. 95; *Discere*, sent. 46; *Episcopus*, sent. 21 50; *Lex*, sent. 55; *Magister*, sent. 37; *Memoria*, sent. 22; *Persecutio*, sent. 104, 105; *Persona*, sent. 15; *Praedicationis*, sent. 67; *Retrogradi*, sent. 41.

## DOGMA.

S. ISIDORUS  
HISPAL.

133. *Elymologia.* Dogma a putando Philosophi nominaverunt, id est, hoc puto esse verum, hoc puto esse bonum. *Lib. 8, Elym.*, cap. 2.

SENECA.

134. Graeci *δὲγματα* vocant, nobis vel decreta licet appellare, vel scita, vel placita. *Epist. 95.*

S. AUGUST.

135. *Definitio.* Dogmata sunt placita sectarum, id est, quod placuit singulis sectis. *Lib. Quaesit. evang.*, quest. 41.

CLEMENS  
ALEX.

136. Dogma est quaedam quae fit ratione comprehensio. *Lib. 8, Stromat.*

S. BASILIUS  
MAGNUS.

137. *Differentia.* Aliud est dogma, et aliud predica-

tio: dogmata enim silentur, praedicationes vero publicantur. *De Spiritu sancto*, cap. 27.

138. *Comparatio.* Ut oculus turbatus, sic anima quoque a repugnantiis naturae dogmatibus infecta et conspurcata, veritatis lucem plane intueri non potest. *Lib. 1 Parvill.*, cap. 12.

## SENTENTIA PATRUM.

139. Dogmata quae in Ecclesia servantur ac praedicantur, partim ex conscripta doctrina habemus, partim ex apostolorum traditione ad nos delata in mysterio recipimus. *De Spiritu sancto*, cap. 27.

140. Contempta sunt Patrum dogmata, cum novorum hominum inventa in Ecclesiis regnant. *Epist. 16, Ad Fratres episcop.*

141. Prava dogmata, mala imbris sunt, quae pro fructibus spinas producent, et tribulos. *Serm. 58, super Cant.*

142. Haeretici prava dogmata disseminant in populo, et perversitate doctrinae suae fidem catholicam obnubilant, et inducunt simplices in errorem. *Serm. ad pastores in synodo congregatos.*

143. Haeretici vni Domini deserentes, pravus dogmatibus populos decipere, potius quam docere festinant. *Super Psalm. cxxxix, vers. 4.*

144. Pictatis modus in his duobus consistit, in superiorum dogmatum certitudine et bonis operibus. *Prosecc.*

145. Neque enim dogmata sine bonis operibus accepta sunt Deo, neque absque piis dogmatibus opera perfecta suscipit Deus. *Cateches. mystagog.*

146. Dogma est quod consistit in doctrina fidei christiana. *In decretis Gratiani.*

147. Haereticorum dogmata non habent bonum Christi odorem, sed foetorem. *Super Genes.*, cap. 11.

148. Sapientes hujus seculi, dogmata mortua exhalant. *Super Psalm. v.*

149. Qui repente in fide Catholica nova dogmata inserit, mendacii minister est. *Super Prov.*, cap. 42.

150. Haeretici dogma dogmatibus conjungunt, donec deficient. *Super Isaiam*, cap. 5.

151. Quid immundius haereticorum dogmatibus? *Super Oseam*, cap. 8.

152. Dogmata philosophorum, cito crescent et corrumpunt, nil vitale promittentia. *Super Math.*, cap. 13.

153. Mons Deo spiritaliter inharens, cum perversis persuasionibus ad pravitatem dogmatum perducitur, quasi aliena conjux a corruptore maculatur. *Lib. 16 Moral.*, cap. 25, super illud *Job xxiv: Oculus adulteri*, etc.

154. Omnis qui sentiendo, vel agendo perversitate dogmatum nequitur vivit, vultum suum operit, ut

MAGNUS.

S. JOANNES  
DAMASC.S. BASILIUS  
MAGNUS.

S. BERNARDUS.

CASTODOR.

S. CYRILLUS  
HIEROSOL.GLOESIA  
DECR.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.  
MAGNUS.



ab omnipotente Deo in iudicio recognosci non possit. *Ibid.*, etc. super illud : *Et operiet cultum suum*, etc.

47. Nonnulli inquieti spiritus, dum plus exquirunt contemplando, quam capiunt, usque ad perversa dogmata erumpunt : et dum veritatis discipuli esse humiliter negligunt, magistri errorum fiunt. *Ibid.*, lib. 6, cap. 17.

S. HIERON.

48. Quasi Christianus Christianis loquor, venenata sunt Origenis dogmata, aliena a scripturis sanctis, vim scripturis facientia. *Epist. 49, ad Pamm. et Ocean.*

49. Nec propter doctrinam Origenis prava recipienda sunt dogmata, nec propter dogmatum pravitatem, si quos commentarios in scripturas sanctas utiles edidit, penitus respuendi sunt. *Epist. 84, ad Tranquillum.*

20. Sepe Ecclesie falsorum dogmatum jacula superveniunt, et intrare desiderant : sed auxiliante Christo Domino, irrunt quidem, sed ingredi non possunt. Super *Nahum*, cap. 3.

21. Ecclesie dogmata libera sunt, die gratulantur et lumine. Lib. 1, super *Habacuc*, cap. 2 super illud : *Ve qui potum dat*, etc.

23. Omne dogma perversum, abominatio desolationis est. Lib. 3, super *Matth.*, cap. 24 super illud : *Tunc qui in Iudaea sunt*, etc.

22. Inimica sunt omnia dogmata falsitatis Deo repugnantia. Lib. 2 super *Epist. ad Galat.*, cap. 5, in illud *Rom. vii* : *Inimicus est Deo*, etc.

S. HILARIUS

24. Hæretici cognitionem se habere divinarum scripturarum mentientes, hæretica et perversa dogmata predicant. Super *Psal. cxviii*, vers. : *Defecit in salutare tuum*, etc.

HUGO A S. VICTORE.

25. Qui fidei constantiam pravis dogmatibus impugnant, sanctæ Ecclesie inimici et hæretici sunt. Super *Thren.*, in illud 2 : *Aperuerunt super te*, etc.

26. Perversi dogmatis auctores, quasi venena fugiendi sunt. Lib. 3, *Dedec.*, cap. 14.

HUGO CARD.

27. Hæretici varia et perniciosa dogmata inter ubera collocantes, expoliati virtutibus, infidelibus comparantur. Super *Ocean*, cap. 2.

JOAN. CASS.

28. Hæretici dogmata sua divina scripture pallio tegere consueverunt. Lib. 7, de *Incarnat.*, cap. 7.

S. JOANNES CHRYSOST.

29. Sicut mala dogmata impuram inducere consueverunt vitam ; ita et vita perversa dogmatum perversitatem sæpe parit. *Serm. in dictum Pauli* : *Nolo vos ignorare*, etc.

30. Non laborandi artes et honesta exercitia, sed mendacia et conflictata dogmata contemptibiles solent reddere doctores. *Serm. 2, super Epist. ad Rom.*

31. Dogmata philosophorum sunt perniciosa. *Homil. 35, super I Cor.*

32. E corrupta vita, dogmata corrupta pullulantur. *Ibid.*, homil. 40.

33. Ibi dogmalum malorum est causa, ubi immunda est vita. *Serm. 13, super Epist. ad Ephes.*

34. Plerique ex eo confirmantur, quia multos habent dogmatum consortes. *Homil. 1, super Epist. ad Coloss.*

35. Pudeant quotquot humani præsidii gratia ob persecutionem in alieno dogmata transeunt. *Homil. 2, super II Thess.*

36. Ubi vita reprehensibilis fuerit, dogma item huiusmodi sit necesse est. *Homil. 5, super I Timot.*

37. Omne dogma non solum pietate, verum etiam vite integritate periclitatur. *Ibid.*, homil. 7.

38. Si fidei dogma quislibet pervertat, etiamsi Angelus sit, obedire noli : sin vero recta docet, noli vitæ, sed verbis intendere. *Homil. 2, super II Timot.*

39. Non ex verbis dogmata, verum ex ipsis rebus atque vita gentiles iudicare consueverunt. *Homil. 4, super Epist. ad Tit.*

40. Christiano nihil prosunt recta dogmata, si vitam suam non bene instituat. *Homil. 13, super Genesis.*

41. Vita consonet fidei dogmatibus, et dogmata prædicent vitam. *Ibid.*, homil. 2.

42. Cum rectis dogmatibus sapientiam conjugere oportet : quod si ambo permisceantur et copulentur, tum perfecta et suprema gloria elucet. Lib. 3, *epist. 403, ad Cassian.*

43. Omnia dogmata aut de visibilibus et invisibilibus, aut de ea, quæ in illis est providentia et iudicio constituta sunt. *Centur. 1, de Charit.*, cap. 78.

44. Vitium in hæresim vertitur, cum perversi dogmatis assertionem firmatur. *Opusc. 5.*

45. Qui per abrupta perversi dogmatis rapitur, in hæresim necesse est prolabatur. *Opusc. 24.*

46. Anima, quæ ex seipsa tollit dogma piæ, et virtutis amicum, virtutis est mortua. Lib. *De eo quod deterius potiori*, etc.

47. Difficile est, vel fieri potius nullo pacto potest, ut quæ scientiarum ratione ad demonstrationem perducta, dogmata in animum pervenerint, convellantur. *Epist. 5, ad Fratrem.*

48. Pestifera et mortifera dogmata non sunt, nisi illa quæ opponuntur dogmatibus fidei, per quam justus vivit. 2, quæst. 11, art. 2.

DOLOR.

*Etymologia.* Dolor dictus est, quasi domabilis horror. Super *Psal. vii.*

8. AUGUST. *Definitio.* Quid est dolor corporis, nisi corruptio repentina salutis ejus rei, quam male utendo anima corruptioni fecit obnoxiam? *De vera Religione*, cap. 12.

Dolor est dissentio ab his rebus, quæ nobis nolentibus accedunt. Lib. 14, de *Civili Dei*, cap. 15.

S. THOMAS AQUINAS.

Dolor est appetitus sensitivi motus, consequens apprehensionem mali.

CICERO.

Dolor est motus asper in corpore a sensibus alienus. Lib. 2, *Tusc. quæst.*

SENTENTIE PATRUM.

8. AUGUST.

1. Sine dolore non pererunt, quæ cum amore possessa sunt. In *Enchiridion*, cap. 68.

2. Valde durus est, cujus mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare. *Prosec.*

3. Sciat culpabiliter se durum, qui dellet damna temporis, et dolorem peccati lacrymis non ostendit. *De Vera et falsa penit.*, cap. 9.

4. Hæretici prava dogmata disseminant in populo, et perversitate doctrinæ suæ fidem catholicam obnuviant, et inducunt simplices in errorem. *Serm. ad pastores in synodo congregatos.*

5. Nemo est, qui magis dolorem fugiat, quam appetat voluptatem. *De lxxxiii quæst.*, quæst. 36.

6. Vis desideriorum facit tolerantiam dolorum. *De Patient.*, cap. 4.

7. Non reliquitur sine dolore, quod cum delectatione retinetur. *De Serm. Dom. in monte*, lib. 1.

8. Dolor carnis offensio est animæ ex carne, et quadam ab ejus passione dissensio ; sicuti animæ dolor (quæ tristitia nuncupatur) dissensio est ab his rebus, quæ nobis nolentibus acciderunt. Lib. 14, de *Civili Dei*, cap. 15.

9. Est quedam vita sine dolore, dolor autem sine aliqua vita esse non potest. *Ibid.*, lib. 19, cap. 13.

10. Dolor testimonium est boni adepti, et boni relicti : nisi enim bonum relictum esset, bonum amissum dolere non posset. *Ibid.*

11. Dolere anima etiam non dolente corpore potest, dolere autem corpus sine anima non potest. Super *Psal. lxxxvii*, vers. 3.

12. Multi dolores, sed multæ consolationes : amara vulnera, sed suavia medicamenta. Super *Psal. xcii*, vers. 19.

13. Patiens eslo, sustine, tolera : in doloribus medicus erigit patientiam, sed post dolores promittit salutem. *Prosec.*

14. Et ipse qui tolerat dolores in ferro medici, nisi sibi proponat sanitatem, quam nondum habet, deficit in dolore quem patitur. Super *Psal. xci*.

15. Necesse est ut vivat dolens, non est necesse ut occidat dolor. Lib. 21, de *Civili Dei*, cap. 3.

16. Melius ordinatur natura, ut juste doleat in supplicio, quam ut impune gaudeat in peccato. *De Natura boni*, cap. 9.

17. Melior est natura sentiens et cum dolet, quam lapis qui dolere nullo modo potest. Lib. 12, de *Civ. Dei*, cap. 1.

18. Omnino non dolere, cum sumus in loco miseria, stupiditas est. *Ibid.*, lib. 14, cap. 9.

19. Profecto convenientius injustus dolet in supplicio ; quam lælatus est in delicto. *Ibid.*, lib. 19, cap. 13.

20. Mirabilis est, in ignibus dolere, et tamen vivere : sed mirabilis est in igne vivere, nec dolere. *Ibid.*, lib. 2, cap. 2.

21. Certum est vivere omne quod dolet, doloremque omnem nisi in re vivente esse non posse. *Ibid.*, cap. 3.

22. Qui dolet miserum, mallet tamen utique non esse quod doleret qui germinatus miseriors est. Lib. 3 *Conf.*, cap. 8.

23. Melius timor capitis dolet, dum curatur, quam dum ei paritur. *Epist. 15, cap. 2.*

24. In hoc mundo non dolere impossibile est. *Epist. 82.*

25. Anima dolet, cum corpus vulneratur. *Epist. 120, cap. 13.*

26. Quod valde putre est, nec dolet, non pro sano habendum, sed pro mortuo computandum est. *Homil. 28, ex Homil. quinquag.*, cap. 3.

27. Plus dolet vulnus cum curatur, quam si non curaretur : sed ideo plus dolet accedente medicina, ut nunquam doleat succedente salute. *Tract. 9, super epist. Joan.*

28. In corpore melius est vulnus cum dolere, quam putredo sine dolore. *De Natura boni*, cap. 20.

29. Nonnullus dolor approbandus, nullus amandus est. Lib. 3 *Confess.*, cap. 2.

30. Misericordia, quia non sine dolore est, hac una causa amantur dolores. *Ibid.*

31. Absurdissimum est dolorem necessarium fuisse, ne ulcers dolor esset. *De Nat. et grat.*, cap. 27.

32. Possunt dolores curari doloribus. *Ibid.*, cap. 28.

33. Iis, qui in dolore versantur, solatium affert gemituum societas. *Apud D. Joan. Damasc.*, lib. 3 *Parall.*, cap. 56.

34. Cum dolore abscondenda sunt, quæ leviter sanari non possunt. In suis *Proverb.*, verbo *Cum*.

35. Dolentem non potest consolari, qui non concordat dolori. *Ibid.*, verbo *Dolentem*.

36. Dolor nimis non deliberat, non veretur datur, non consultat rationem, non metuit digni-



latis damnum, legi non obtemperat, iudicio non acquiescit, modum ignorat et ordinem. Epist. 1, ad Robertum Nepotem suum.

37. Si doles condoleo, si non doles doleo, et maximo sciens longius a salute abistere membrum quod obstupuit: et agrum sese non sententem periculosius laborare. Prosecc.

38. Plaga recens dolore non caret; neque enim occulit vulnus, nec in tam brevi versum in insensibile est. Lib. 1, de Consid. ad Eugen. Pap.

39. Melius est stomachum dolere quam mentem. De ordine vite.

S. BONAV.

40. Sicut clavus clavo repellitur, sic majori dolore curatur. Serm. 5, De Plurib. Mart.

41. Valde dolorem aggravat, dum ille mala irrogat, qui consolari debebat. Serm. 5, de sanctis Apost.

42. Turpe est, et valde alienum, imo contra naturam, ut sub capite dolente membrum non doleat. Serm. 2, de Plurib. Mart.

CASSIODOR.

43. Crescit dolor, ubi calamitas augetur. Super Psalm. LXXIII, vers. 8.

FRANCISCUS

TITELM.

44. Dolor vehementes prolixiora verba, quantumvis videantur consolatoria, non aequo satis animo sustinet. In Elucidat., super cap. 2, Job in illud: Videbant dolorem esse vehementem.

45. Donec excessus doloris nullus cernitur, passionum acerbitas, non quanta fuerit, aestimatur. Ibid., super cap. 3.

GLOSS. ORD.

46. Dolens animus debet se custodire, ne de igne probatorio murruret. Super Job, cap. 1.

47. Cum dolor non percussit, elatio mentis succisa cadit, ut jam querat manum levantis. Ibid., cap. 6.

48. Quandiu dolor tenetur clausus in corde, magis pungit: sed per fletum et planctum evaporat et evanescit. Super Bezech., cap. 26.

S. GREGOR.

MAGNUS.

49. Quo se interior gaudis animus robustius inserit, eo minus exterior dolores sentit. Lib. 10 Moral., cap. 12.

50. Non frangit quod ex dolore obviat, si mentis citius hoc quod ex munere sublevari, occurrat. Ibid., lib. 3, cap. 7.

51. Mitigat vim doloris considerata exigitas et potentia ferientis. Ibid., lib. 9, cap. 12, num. 47.

S. GREGOR.

NAZ.

52. Iustus non est, qui iustitiam in dolore describit. Ibid., lib. 4, num. 16.

53. Magnum doloris medicamentum ab iis accipitur, qui dolentibus condoleant: condolentia ad mitigandum dolorem satis virium habet. Hab. apud D. Damascenum, lib. 3 Parall., cap. 56.

S. HIERON.

54. Modum adhibeas in dolore, memor illius sententiae, ne quid nimis. Epist. 3, ad Heliodor.

55. Quod satis dolet, majori dolore expellitur. Tom. 1, epist. 47, de Vitando suspecto contubernio.

56. Sapienter debet dolere, qui dolet, ne perdat sine causa quod dolet. Epist. 52, ad Tyrastum.

57. Quanto profundior est amor, tanto alius tangit dolor. Super Pentateuc., cap. 7.

58. Qui dolorem capitis non paliuntur benigne, pro Christo capitis abscissionem quomodo patientur? Lib. 1, de Claustro anime, cap. 12.

59. Dolor et timor quasi duae mole sunt, inter quas molitur justus, ut fiat panis, et possit comedi a Christo et Ecclesiae incorporari. Super Gen., cap. 20.

60. Dolor principium est hominis, labor medium, timor finis. Super III, Regum, cap. 3.

61. Si quis dolores pertulerit, et gratias egerit, martyri coronam sortitur. Homil. 8, super Epist. ad Coloss.

62. Quanto doloris plus toleratum fuerit, tanto etiam corona erit magnificentior. Orat. 5, aduers. Iudaeos.

63. Anima magni doloris participes, irritari atque irasci non patitur: ubi enim dolor et contritio, longe omnis abijt irritatio. Homil. 59, super Joan.

64. Mens dolore percussa, non studet elationi, sed amare ingemisit, amaritius flet. Ibid.

65. Proorsus neminem invenies doloris exortem: neque enim fas est, ut homo qui sit, mortalemque hanc agat vitam, doloris angorisque sit expertus, sive quispiam dives sit, sive Rex. Homil. 1, super II Tim.

66. Doleamus hic animo, ne doleamus illic supplicio. Homil. 2, super Epist. ad Hebr.

67. Qui dolorem clauso pectore tegit, quanto amplius per silentium linguam premit, tanto acriorem dolorem intrinsecus nutrit. Lib. 2, de Sum. bono, cap. 29, sent. 23.

68. Electus Dei doloribus vite huius atteritur, ut perfectionem vite future lucretur. Ibid., lib. 3, cap. 1, sent. 3.

69. Omne animal doloris est fugiens. Lib. 3, de Divin. Instit., cap. 8.

70. Dolor speciem ignis gerit, quia dum plus tegitur, plus ignescit. Epist. 42, ad Decem. Carnotens.

71. Ubi causa est doloris, modus debet esse dolentis. Ibid., epist. 176, ad Quendam.

## SENTENTIAE PAGANORUM.

72. Dolor refrigeratio pectoris est. Sect. 14, Problem., quest. 13.

73. Habet praeteriti doloris secreta recordatio delectationem. Lib. 5, epist. 42, ad Lucivium.

HUGO A S.

VICIORS.

HUGO CALD.

S. JOANNES

CHRYSOST.

VICIORS PUA.

SENECA.

S. ISIDORUS

HISPAL.

LACT. FLEM.

PETR. BLES.

ARISTOTEL.

CICERO.

74. Eo gravior est dolor, quo culpa major. Lib. 11, epist. 41, ad Atticum.

75. Peccati dolor maximus est et aeternus: solus, cuius peccatum corrigi non potest. Ibid., epist. 15.

76. Doloris medicina est philosophia. Lib. 1 Academic. quest.

77. Majores sunt dolores animi, quam corporis. Lib. 2, de Finibus.

78. Firmandus est animus ad dolorem ferendum. Lib. 2, Tusc. quest.

79. Consuetudo laborum, perpersionem dolorem efficit faciliorem. Ibid.

80. Nemo justus esse potest, qui dolorem timet. Lib. 2 Offe.

81. Hoc maxime in dolore providendum est, ne quid abjecto, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid serviliter, ne quid muliebriter faciamus. Prosecc.

82. Ingemisere nonnunquam viro concessum est, idque raro: ejulatus ne mulieri quidem. Lib. 2, Tusc. quest.

83. Multum potest praevio animi et praeparatio ad minuentium dolorem. Ibid., lib. 3.

84. Cuius dolori remedium, est patientia. In suis Sent., sent. 80.

85. Dolor decrescit, ubi quo crescat, non habet. Ibid., sent. 93.

86. Imperare dolori silentium non potest. Lib. 5, de Declinat. controvers. 5.

87. In tuis malis id agere te oportet, ut dolori tantum, des quantum possit ratio, non quantum consuetudo. De Tranquillit. animi, cap. 15.

88. Dolorum dies consumit, licet contumacissimum quotidie insurgentem, et contra remedia effervescentem; tamen illum efficacissimum mitiganda ferocia tempus enervet. De consolat. ad Marciam., cap. 8.

89. Omnis magnitudo doloris modum excedentis, necesse est delectum verborum eripiat, cum saepe vocem quoque ipsam intercludat. De consolat. ad Heleiam., cap. 1.

90. Dolor nihil est apud miseros potentius. Ibid., cap. 2.

91. Quaedam nos magis torquent, quam debeant: quaedam anle torquent, quam debeant: quaedam torquent, cum omnino non debeant. Aut augemus dolorem, aut fingimus, aut precipimus. Epist. 13.

92. Imbecillus est et ignavus, qui propter dolorem moritur: stultus, qui doloris causa vivit. Epist. 58.

93. Nulla res citius in odium venit, quam dolor: qui recens consolatorum invenit, inveteratus vero deridetur. Epist. 63.

94. Non est, nisi ex eo quod sentias, dolor. Epist. 74.

95. Summi doloris intentio inveniet finem, nemo potest valde dolere et diu. Prosecc.

96. Sic nos amantissima nostri natura disposuit, ut dolorem aut tolerabilem, aut brevem faceret.

97. Maxime dolores consistunt in macerrimis corporis partibus: nervi, articuli, et quidquid aliud exile est acerrime sedit, cum in arcto vilia concepit: sed cito hae partes obstupescunt, et ipso dolore sensum doloris amittunt.

98. Hoc itaque solatium vasti doloris est, quod necesse est desinas illum sentire, si nimis senseris. Epist. 78.

99. Dolorem gravem sentio: quidni sentias, si illum muliebriter tuleris. Ibid.

100. Dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium, cum ad sapientem pervenere, mansueta sunt. Epist. 85.

101. Plus dolet, quam necesse est, qui anto dolet, quam necesse sit. Epist. 98.

102. Plus ostentatio doloris exigit, quam dolor. Epist. 99.

103. Toto contra dolorem pugnet quisque animo: vincetur, si pugnarit cessaverit: vincet, si se contra dolorem suum intenderit. Epist. 78.

104. Vincetur dolor ratione, si victus est usu. Epist. 78.

105. Dolor imminet: si exiguus est, feramus, levis enim est patientia: si gravis est, feramus, non levis est gloria. De remediis fortunat.

106. Dolor clamorem exprimit, dum secreta non exprimat: non potest par doloriesse, nec rationi dolor. Ibid.

Vide etiam tit. Desiderium, sent. 31; Lacryma, sent. 37, 69; Peccatum in genere, sent. 5; Pena, sent. 50; Sanctitas, sent. 25.

## DOLUS. Vide Fraus.

## DOMARE.

## SENTENTIAE PATRUM.

1. Nihil sic valet ad carnis desideria edomanda, sicut cogitare qualis sit futura mortua. Part. 4, tit. 4, de Temperantia, cap. 4, § 8.

2. Cum corpus per flagella atteritur, cor circa libidinibus delectationem non vagatur. Part. 4, tit. 3, cap. 7, § 18.

3. Frangi gutturis temperata relaxatione et s. AUGUST. constrictio tenendi sunt. Lib. 10 Conf., cap. 31.

4. Carnem vestram domate jejuniis, et abstinentia escam, quantum valetudinis permittit. Regul. 3, ad Clericos.

5. Id agit spiritus in domanda carne, ut solvat